



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Eleemosyna, comes Orationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

bitatricem in suo gremio confovebat. Oravit igitur Deum, ut sibi dignaretur ostendere, cum quo futuræ remunerationis mansionem speraret, qui illius amore nihil ex sæculi divitiis possideret. Quadam igitur nocte sibi revelatur, ut cum Gregorio Romano Pontifice mansionem sibi sperare deberet. At ille fortiter ingemiscens, parùm sibi voluntariam paupertatem profuisse putabat, si cum eo remunerationem acciperet, qui tantis munditibus divitiis abundaret. Cum ergo Gregorii divitiis suæ paupertati die, noctuque suspirando conferret, alia nocte audi-

A vit Dominum, dicentē sibi: Cum divitem, non possessio divitiarum, sed cupido faciat, cur audes tuam paupertatem Gregorii divitiis comparare, qui magis illam cattam, quam habes, quotidie palpando diligere comprobaris, quàm ille tantas divitiis, quas non amando, sed contemnendo, & cunctis liberaliter largiendo, dispergit? Itaque solitarius Deo gratias retulit, & qui meritum suum decrevisse putaverat, si Gregorio conferretur, orare cœpit, ut cum eo mansionem quandoque percipere mereretur.



DE ELEMOSYNA, COMITE ORATIONIS.

Vulsi affectus effectus est ipsa terrenorum largitio, & communicatio, quæ per eleemosynam fit: hæc semper orationis comes indissolubis exitit. *Orationes tuæ, & eleemosyna tuæ ascenderunt in memoriam in conspectu Domini. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna magis, quàm thesauros recondere, &c.* Hinc probatica illa piscina circa quam languentium, & agrotantiumque multus erat numerus, prope templum erat, ut per pauperes, ita dixerim, transiret, qui templum oraturus intraret. Hinc ostium oraculi de lignis erat olivarum, ut per misericordiam ad ipsum oraculum pateret ingressus. Sed jam perutilissimam dilatemus materiam.

De quinque precipuis misericordiae fructibus.

PUNCTUM LXXIX.

Quinq̄ complectitur fructus eleemosynæ eodem loco. Propheta Regius: *Iucundus homo, qui miseretur, & commodat.* Alii: *Felix homo, qui miseretur, & commodat.* D. Hieron. *Bonus vir, & facerans.* O usuram bonam ejus, miseretur pauperis, qui pio affectu subvenit indigenti! *Suarvis vir,* legit August. *Qui miseretur, & commodat, non enim eum evomet Deus ex ore suo, tanquam insuavem, & c. faciens disponet hic erit in ore Dei, in corde Dei. O fiduciam!* *Disponet sermones suos in iudicio.* *Quo sensu?* *Primus fructus: Disponet sermones suos in iudicio. Per hanc vocem, sermones, non solum*

lib. 3. verba,

*Aff. 10.
Tob. 12.*

*Ioan. 5.
Templo vicinis
probatica
piscina. Cur?
Reg. 6.*

*Psal. 111.
Alij.
Hieron.*

*August.
Eleemosynas
faciens disponet
sermones suos
in iudicio.
Quo sensu?*

verba, sed etiam opera sæpius in Scripturis significatur (Excepto sermone Vrie, &c.)

Græc.

Disponet, Græc: *Dispensabit sermones suos.*

Hoc est, res suas, sua negotia, recto, sanoque iudicio disponet, dispensabit, ut omnia agenda consideratè faciat. In iudicio, idem, ac cum iudicio. Iudicium hic, inquit Genebr non denotat jus, iustitiam, æquitatem, sed usum rectum facultatis iudicandi, & prudentiam. Hoc, secundum Euthym. vult sibi, *disponet sermones*, ex vi dictionis Hebr. & Græc. *לֹבֵן*, quæ potius hic rationem, ac negotium, quàm sermonem significat.

Genebr. ib.

Euthym. ib.

Camp.

Sic Campen. in sua Paraphrasi: Felix vir, qui misericordiâ movetur erga pauperes, & mutuo dat: dabit enim illi Dominus eam prudentiam, ut dispensare sciat reliqua, quæ tractanda illi erunt cum iudicio. O quàm verum! nulli enim prudentiores, quàm eleemosynarii, qui sua negotia divina prudentiâ disponunt, &c.

Alius sensus: *Disponet sermones suos in iudicio*, vel cum iudicio. Hoc est, liberaliter quidem largietur de suis rebus, & opibus: idque ut magis liberaliter faciat, luxum fugiet, sibi, suisque voluptatibus aliquid detrahet, ut suas opes dispenset cum iudicio, adhibeâtque in erogandis eleemosynis iudicium, ac prudentiam. D. Hieron. in Epitaphio Paulæ: Nulli, inquit, stipem rogantium denegabat, hoc enim se dicebat habere voti, ut mendicans ipsa moreretur, ut unum numum filix non dimitteret, & in funere suo aliena suadone involueretur. Sic autem singulis suam pecuniam dividebat, ut singulis necessarium erat, non ad luxuriam, sed ad necessitatem. (Ut bene disponebat sermones in iudicio!) Nemo ab ea pauperum vacuum reversus est, quod obtinebat. non divitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi. Non ut alius refrigerium; vobis autem tribulatio, &c. Notebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra, & saculo transiret, sed in vivis lapidibus, qui volvuntur super terram, de quibus in Apocal. Joan. civitas magni Regis constituitur, quos in sapphirum, & smaragdum,

2. Corint. 8. 13.

Apoc. 4. 1.

A & jaspidem, & cæteras gemmas esse vendendos Scriptura commemorat.

Eandem in erogandis eleemosynis prudentiam commendat D. Hieron. in epist. ad Demetriadem, de servanda virginitate. Aliis inquit, ædificent Ecclesias, vestiant parietes marmorum eructis, columnarum moles advehant, earumque dearent capita pretiosum ornamentum nõ sententia, ebore, argenti que valuas, & gemmis aurata distinguant altaria, nõ reprehendo, non abnuo, unusquisque in suo sensu abundet, meliusque est hoc facere, quàm repositis opibus incubare, sed tibi aliud propositum est, Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his, qui tecto indigent, & maxime in domesticis fidei, virginum alere monasteria, fervorum Dei, & pauperum spiritu habere curam, &c.

D. Hieron.

C Sed & alio sensu: *Disponet sermones suos in iudicio*. Euthym. Bene disponet defensiones suas in futuro iudicio, easque antea summo cum examine, ac studio præparabit, nõ secus, ac facere consuevit fidelis quis, ac sapiens administrator. *Disponet* scilicet sermones suos, rationes, negotia, res gestas ad iudicium, eum de singulis rationem redditurus, vel de verbis ipsis otiosis: hæcque omnia ita disponet, ut possit absque confusione de eisdem rationem reddere. *Disponet sermones suos*; ordinatè loquetur, quo tempore aliorum ora erunt confusione oppilata, & omnino tacentia, is, qui miseretur, distinctè, ordinatè, non confusè ad iudicem suum loquetur, & confidenter conciliato sibi elemosynarum muneribus superni iudicis favore loquetur.

Rab.

Abrah.

E *Disponet sermones suos iudicio*. Facta ipsa sermones sunt, inquit Augustin. quibus in iudicio defendetur, quod ei non erit sine misericordia, quia & ipse fecit misericordiam. Sic & reliqua ad futurum iudicium refert August. In memoria aeterna eris justus; quia ad dexteram segregatus audier: Venite, benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis, &c. esurivi enim, &c. Neque enim aliqua illic eorum, nisi opera misere-

miseri cordiæ commemorantur. Audient ergo: *Venite, benedicti*; unde ab audicione mala non timebit. Quod dicit, audient ii, qui à sinistris erunt: *Ite in ignem æternum*, &c. misericordes ergo ab audicione mala non timebunt. Quinimodò, ut dixerat, in æternum non commovebuntur: paratum erit cor eorum sperare in Domino: confirmatum erit cor eorum: non commovebuntur, donec despiciant inimicos suos. Erunt scilicet tunc temporis inconculsi, immobiles spe auxilii divini, quo tempore montes commovebuntur, ab audicione mala non timebunt, nihil sibi ipsis conscii erunt, tunc ergo timebunt? Eius Dominus est, qui iudicaturus est; gladiū tamen portabit, non ut sit timori boni operis, sed mali: fiducia multà erit cor eorum sperans in Domino, fructus est eleemosynæ: *Fiducia magna erit, coram summo Deo, eleemosyna, omnibus facientibus eam*, (Tob. 4. 11. 12.) *quæ est ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras.*

Judicium sine misericordia illis, qui non faciunt misericordiam. Super exaltat autem misericordia iudicium. Syriac. *Exaltati estis per misericordias super iudicium.* Hoc est, per misericordiæ opera extra condemnationem facti estis, securi estis. *Exaltati estis per misericordias super iudicium.*

Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. In hoc cognoscimus, quòd ex veritate sumus, & in conspectu ejus suadebimus corda nostra. Difficillima verba. *Quid sibi vult, Et in conspectu ejus, &c.*

Vat. abl. hic explicat: *Suadebimus, ac placabimus animas nostras in die iudicii, quando omnia commota, & perturbata erunt, ex memoria operum charitatis erga proximos. Qui enim tunc temporis recordatus fuerit, pauperibus in necessitatibus opem tulisse, cor, & animum sedatum, ac tranquillum habet.* Græc. *Perjuasissimam reddemus, & confidentem conscientiam nostram coram Deo; ut sit sensus: Si non verbo tantum, & lingua, sed corde, & opere fratres, ac proximos diligemus, confidentem, ac securam reddemus conscientiam nostram coram Deo, &c.*

Esurivi, & dedisti mihi, &c. Esurivi, &

A non, &c. S. Leo sem. de collectis: *Quasi nec alias virtutes dextri, nec alias offensiones sinistri, &c.*

Puncta in iudicio examinanda. Quam ergo tunc temporis confidentes beneficii, &c.

Hinc primus misericordiæ fructus: carpiamus nunc reliquos ex aliis eorundem verborum interpretationibus.

¶ Secundus. *In memoria aeterna erit iustus.* Apud Deum, & homines erit in memoria beneficus, & eleemosynarius, qui ex Genebr. hic, ut alibi, vocabulo iusti censetur. Cajet. ex Hebr. *Sempiterna memoria erit iustus.* Camp. *Iusti memoria in æternum durat.* Quid mirum, quandoquidem cum Domino res est, apud quem ne numus cadit in oblivionem? *Amen dico vobis, ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium, dicetur, quòd hæc fecit in memoriam meam, nedum hominum in memoriam; sed Dei, qui nunquam obliviscitur.* Immi-

Eleemosynarij memoria aeterna.
Genebr.
Cajet.
Camp.

sericordes in memoria aeterna non sunt, quia quod agunt, sepeliunt in terra oblivionis. Psal. *In generatio una deleatur nomen ejus pro eo, quòd non est recordatus facere misericordiam.* S. August. Hic videre bona voluerunt, & cum ipsis invisibilia promitterentur, dicebant: *Quis ostendit nobis bona?* Illi voluerunt videre bona hominum in terra morientium, nos credimus videre bona Domini in terra viventium.

Psal. 108.
August.
Psal. 4.

¶ Tertius. *Ab audicione mala non timebit, à rumoribus malis, nuncio timorem incutiente.* Reimalæ, & adversæ auditu non timebit, non terretur, constans animo erit in utraq; fortuna. Job ut auditis nunciis imperterritus, constans! Unde? Inter cætera, quia *Ab infantia crevit mecum misericordia: hæc robur addit, vires auget.* Ut non beneficus, immisericors ad primum rei alicujus adversæ nuncium animo concidit! ut vilis appareat! eleemosynarius, ut magnanimus! *Ab audicione mala non timebit.* Non formidabit, inquit Euthym. licet terribile, atq; horrendum aliquid ei fuerit annunciatum. Nec dixit, quòd nō audiet, sed quòd non timebit, sicut supra: *Quia in æternum non commovebitur.* Non dicit, quòd nullas sit passurus insidias, multæ enim tribulationes iustorum, sed quòd

Hebr.
Eleemosynarij imperterritus.
Job. 31.

Euthym.

Rom. 15.

Jacob. 2.

Syriac.

Iloum. 3.

Vat. ab.

Græc.

quod ab eis non commovebitur. Sic ait: Audiet certe mala, sed imperturbata aure: omnia accipiet de manu Domini, parvifaciens hæc omnia terrena: deposuit enim antea elemosynarum largitionibus divitias suas in loco tutissimo; unde et si audiat aliqua sibi ablata, non timet: inquit enim, alia in cælis habeo quod fur non appropriat. Sic nullo alio timore terretur, nec hostium metu, qui eum corpus occidere possint, animam non possunt.

Foleng. ibid.

¶ Quartus: *Paratum cor ejus sperare in Domino.* Stabile, atque inconcussum permanet cor ejus in illa spe, quam habet in Domino. Ubi primum aliquid mali intentari audit, fidei umbone protectus, nihil timet: confirmatum est cor ejus, suffultum à Deo. Hæc à Deo beneficiis, & piis erit magnanimitas, constantia, &c.

Felix.

¶ Quintus: *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus, &c.* Dispersit larga manu. Signanter certe hoc verbo utitur ad exprimendam liberalitatem: Felix, *Sumptuavit*, hoc est, profuse suas divitias elargitus est. Sancta prodigalitas, qua non mihi, ac parasiti gaudent, sed pauperes Christi, *Dispersit, dedit pauperibus.* Cajet. *Sparsit, dedit pauperibus.* Profusa miseratione *sparsit*, res suas dedit mendicis, non histogramis, & hujusmodi. D. Augustin. *Sparsit, dedit pauperibus.* Non videbat, & emebat, sed ille thesaurum servabat in Cælo, qui esurire, & sitire in pauperibus dignabatur in terra. Non mirum est igitur, si justitia ejus manet in sæculum sæculi, custode illo, qui custodit sæcula *Dispersit, dedit pauperibus.* Euth. Dispersionis vocabulo liberalitatem donantis expressit, quam etiam veluti semen, aut sationem quandam esse significavit: spargere enim solent, qui seminant, &c. Sed nihil hujusmodi factoribus deperit: etenim justitia ejus manet in sæculum sæculi.

D. Aug.

Euthym.

Genebr.

In sæculum sæculi, periphrasis poetica æternitatis, ut Genebr. ait, Justitia, idem, quod elemosyna, manet in sæculum sæculi. Filii hujus sæculi accusant amentia spargentes res suas dando pauperibus. Bona amentia, sapiens amentia, inquit Propheta, qua dum quis spargit, colligit,

plusque centies colligit, quam spargit. Ubi insignis est observatio Cajet. in id, q. se. Cajet. *quitur: Cornu ejus exaltabitur in gloria, sive in honore*, ut ipse legit. Præmium, inquit, id est profusi miseratoris excellentissimum ex tribus, à potestate *cornu ejus*; ab exaltatione, *exaltabitur*, hæc gloria, in honore; describit præmium in his tribus, quia ad hæc tria observanda, seu promovenda acquirunt, retinent, augent

B homines hujus sæculi divitias, ad potestatem scilicet, exaltationem, & honorem: ut per hæc intelligeremus, quod spargentibus res suas pauperibus, cumulatius multo Deus hæc cuncta, quæ per divitias haberi possunt, præstat: multo certe excellentius *cornu ejus*, (dignitas, prosperitas, robor, & potentia) *exaltabitur in honore*, quam non spargendo pauperibus exaltatum fuisset. Euthym. per

C *cornu honorem intelligit*, est enim sermo metaphoricus, ac si diceret: Honor, & gloria ejus glorificabitur apud Angelos Dei in gloria, ubi est veri honoris æstimatio. Valeant, qui suis undequaque collectis divitiis potentes fieri volunt, qui honores hic capiunt; qui exaltari desiderant, elargiantur opes, quibus id melius, felicius, beatius consequantur, &c. In hoc Psalm. in quo præcipue agitur de misericordia, adnotandum est ex Cajetan. primum verbum: *Beatus vir*, Hebr. esse: *Beatitudines viri timentis Dominum, in mandatis ejus voluit valde*; hoc est, qui fide magna, & animo volenti institit observantia præceptorum Dei, & consiliorum, non expectavit scilicet videre homines ante se enectos fame, quinimmo sanctissima curiositate ostiatim quasi vit inopem, hujusmodi sic miserantis non beatitudo, sic dixerim, sed beatitudines sunt, &c.

D *Beatus vir*, Hebr. esse: *Beatitudines viri timentis Dominum, in mandatis ejus voluit valde*; hoc est, qui fide magna, & animo volenti institit observantia præceptorum Dei, & consiliorum, non expectavit scilicet videre homines ante se enectos fame, quinimmo sanctissima curiositate ostiatim quasi vit inopem, hujusmodi sic miserantis non beatitudo, sic dixerim, sed beatitudines sunt, &c.

E *Beatus vir*, Hebr. esse: *Beatitudines viri timentis Dominum, in mandatis ejus voluit valde*; hoc est, qui fide magna, & animo volenti institit observantia præceptorum Dei, & consiliorum, non expectavit scilicet videre homines ante se enectos fame, quinimmo sanctissima curiositate ostiatim quasi vit inopem, hujusmodi sic miserantis non beatitudo, sic dixerim, sed beatitudines sunt, &c.

Quod

*Quod elemosyna prodest in vita,
in morte, & post mortem.*

PUNCTUM LXXX.

A intuitu, & clamoribus avertit, maledictionibus replebitur, magnamque penuriam patietur. Sic Septuag. *Qui dat pauperi, nunquam indiget, qui autem avertit oculum suum ab inope, ceu ab inimico, in multa penuria erit.*

Non sit homo parcus in erogandis elemosynis, sed largus, nec depauperari timeat, aut verearur æs alienum contrahere: nam si ob elemosynas sese oppressum alieno ære sentiret, Deus ejusdem debita persolveret. 4. Reg. alia pauperima vidua relicta per mortem mariti ad eum ære alieno oppressa, ut creditores duos filios sibi vellent ad serviendum vendicare, dicitur ad eam Eliseus, quæ ut ad coramisationem adduceret, & ad opem ferendam inclinaret, sic allocuta est: *Servus tuus, vir meus, mortuus est, & nos, quia scit timens Deum, q. diceret. Nihil aliud dicam.*

C Theod. ait, mulieris virum fuisse Abdiam illum, qui ad pascendum Prophetas tempore persecutionis Jezabel, magna contraxerat debita: nam centum apud se servavit, & enutrivit, inquit Theod. in iisque alendis, & sustentandis, alieno ære oppressus debitor factus est: sed quoniam propter Deum alieno ære se abstinxit, Deus ipse ejus debita persolvit. Sed illud notandum, quod non vino, &c. sed oleo, misericordie symbolo, hæc debita solvit, quia misericordia illa vocavit hanc misericordiam, ut illi debitam, ut eam Deus sublevaret ab inopia. Non timeamus ergo aliquid æris alieni contrahere propter Deum, quia Deus ipse præstod erit, ac sublevabit. Debita, quæ quis contrahit, ut sensui vacet, carni, ludo, vanitatibus, fabricis, Deus non persolvit, quibus verò obstringitur, quia summè indigenti consuluit, his gravabitur. Deus ipse.

Elemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & Eccl. 17. gratiam hominis quasi pupillam conservabit, Elemosyna & postea resurget, & retribuet illi retributionem unicuique in caput ipsorum, & convertet coramendatq. in inferiores partes terra. O verba mente, animoque studiosius attendenda, quibus vel corda ferrea ad pietatem moveantur! Viderur quandoque deperditum, quod pauperibus datum est, elemosyna videtur emortua, nullum apparet præmium,

Kk nulla

Ioan. 6.

Ioannis 6. Cum suble vasset oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum, dixit ad Philippum: Unde, &c. Dicit ei Andreas: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordaceos, & duos pisces. Addit Marcus: Ite, & videte (optima diligentia Superioris, præsertim inopia tempore) Et cum cognovissent, dicunt: Quinque, & duos pisces. (nihil ulterius,) Mirum! hos panes accipit ex habentis manibus, & dividit multitudini. Domine, tempore caritatis auferis ex famelici manibus, quod habet? Heu interibit fame! Nihil minus, diceret Christus. Non intelligitis, quæ Dei sunt: tribuat misericorditer, & largiter, quod habet, sic sibi, aliisque proderit. Liberalitas nobis hoc miraculo commendatur, ait Cyrill. & quasi magna voce dicitur: Quanto plura dabis liberaliter, tanto tibi plura largius confluent.

Marc. 6.

Cyrril. lib. 3. in Ioan. c. 18.

3. Reg. 17.

In magna illa annonæ penuria divertit. Eliás ad pauperissimam viduam, &c. Exclamat illa: Heu misera! necessitatem unâ cum filio patior extremam, pugillum farinae habeo, ac parum olei, ut comedamus, & moriamur: En tibi, &c. Ne timeas (inquit Propheta) Hac dicit Dominus: Farina de hydris tua non deficiet, nec lecis olei minuetur. Ad hoc verbum miratur Ambros. Exiguo cibo perpetuum toto tempore famis invenit alimentum, & ne putaret, id ei promissum ab homine, præmisit dicens: Hac dicit Dominus Deus Israël, &c.

Ambr. lib. 2. de Abrah. c. 5. l. de vidua.

Prov. 28. Peltan. & Iansen ibid.

Qui dat pauperi (Prover. 28.) non indigebit, qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam: beneficus, & liberalis in pauperes non solum non indigebit, sed larga Dei benedictione rerum abundantia poterit: at qui pauperem deprecantem, opemque, & subsidium miserè implorantem despicit, oculumque, & aurem ab illius

Speranza Scriptura selecta.

4. Reg. 4.

Theod. q. 24. Nicol. de Lyra in hunc locum

Eccl. 17.

amplissima

nulla Dei retributio, quinimò res domesticæ pelfum ire videntur, impensæ non solvuntur, &c. sed ne timeatis. *Et postea resurget, Alij: Tandem vero exurgit, & suscipit singulis dat pretium. q. d. debita exolvit: quia eleemofyna pauperibus collata, servata diligentissimè fuit in sacculis, qui non veterascunt, &c. Græc. ubi nos legimus: Eleemofyna viri quasi sacculus cum ipso, est: Eleemofyna viri ad instar sigilli cum ipso, & sic etiam legit S. August. Quæ custodire diligenter volumus, ea sigillo obfirmamus. Sic Darius ostium lac, sic Judæi Christi sepulcrum sigillo obfirmaverunt. Eleemofyna ergo dicitur esse apud Deum velut signaculum, seu sigillu, quod innuat, Deum fidelè memoriã ejusdem conservare: etsi enim non statim remuneret pietatis opera; tamen apud se custodit, non sinens ea affluere, & excidere memoriã, ut illa suo tempore proferat, & remuneret: Et gratiam hominis, vel ut Alij transferunt: Amorem hominis, hoc est, eleemofynam ex amore profectam, quasi pupillam conservabit, hoc est, & Deus, coram quo est eleemofyna tanquam signaculum, eam apud se conservabit, tanquam pupillam, id est, diligentissimè, summo amore, &c. Et postea resurget, & retribuet illi retributionem. Unde eleemofyna defunctorum comes à S. Ambrosio merito vocatur.*

Eleemofyna comes defunctorum.

Isai. 58. Eleemofyna in vita prodest.

ob. 33.

Sed quis enarrat retributiones eleemofynarum? Innumere sunt in vita, in morte, & post mortem.

In vita, Isai. *Frangere esurienti panem tuu, & egenos, vngosque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, tunc erumpet quasi mare lumen tuum, & anteibit faciem tuam justitia tua. Ibidem: Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, tenebra tua erunt sicut meridies, & requiem tibi dabit Dominus Deus semper, & implebit splendoribus animã tuã. Benedictus Deus, qui hæc dignè evunciat: Frangere esurienti panem tuu. Tuum, de illo pane agit, qui ad cibum tibi conceditur, hunc frange, etsi alium non habeas. Job: Si comedi buccellam meam solus, & non comedi pupillus ex ea. Bolus*

quilibet cum paupere erat illi committens, vel frustum panis propriis è faucibus ereptum pauperi dabat. Nicet. Vel exiguam panis particulam particubatur egentibus. *Tunc erumpet quasi mare lumen tuum. Hecf. Pint. Tunc eris felix, & omnia tibi ad voluntatem fluent: lumen accipiat pro prosperitate, &c. Orietur in tenebris lux tua, hoc est, calamitates tuæ in gaudium convertentur. Implebit splendoribus animam tuam, & saturare faciet in siccitatibus animam tuam; Vertit Pagnin. q. d. pereuntibus aliis siccitate, & inopia, te implebit Dominus, & saturabit, & ossa tua liberabit, id est, non solum animam à malis interioribus, sed etiam corpus à malis exterioribus liberabit. Et eris quasi hortus irriguus, &c. Plura dici possunt de temporalibus beneficiis, quæ præstat eleemofyna: læticia illa in tribulationibus, in infirmitatibus, &c. est retributio eleemofynæ. Nihil tibi unquam deesse, est retributio eleemofynæ, &c.*

Unde Job tot bonis cumulatus fuit? *Benedictio perituri super me veniebat, id est, periturus, cum optularet, & benedicebat me, benedictiones precabatur. Et cor vidua consolatus sum. Hebr. Exultare feci præ gaudio, vel cantare feci, &c.*

Auris audiens benificabat me, eò quod liberassent pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor. O quot vociferantes à morte liberavit! O quot pupillos! O quot, quibus non erat adiutor, ut nunc! Conterebam molam iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. O quot pauperulas ex luxuriantium manibus eripuit! &c. O quam id Deo pergratum! Psal. Erigite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, &c. Oculi sui cæco, & pes claudo. Hebr. Oculi eram cæco, & pes claudo ego. Ego, perpendit hoc Chrysost. Non dixit: Per servos faciebam, verum egomet, &c. Oculi, pedes, in plurali, ut integrum, perfectumque auxilium miseris, & egentibus à se præstitum significaret. Sed qui pedes solum sunt pauperi, quem dum perfectè portare possunt, volunt, ut miserè ipse claudicat: Oculi eram cæco, & pes claudi ego. Pater eram pauperum, Ubi Gregor. Non patronum se, vel proximum, vel

Nicetas.

Hecf. Pint.

Pagnin.

Tob. 29. Job in pauperes perbeneficus. Hebr.

Psal. 81.

Hebr.

Chryf.

Gregor.

vel adiutorem, sed patrem fuisse testatus, quia nimirum magno charitatis officio studium misericordiae vertit in affectum naturae.

Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Septuag. Gemui videns virum in necessitatibus, Alij: Contristabar. Alij: Trebar. Alij: Lacerabar, diseriuiabar, &c. Pater eram pauperum. Vox digna Principe, Superiore, Magistratu, Christiano, &c.

Quid mirum, quod omnia in duplum, & in vita restituerit illi Deus: En ut eleemosyna est utilis in vita.

Sed & in vita, & in morte. David in Psalm. *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, S. Hieronym. Beatus, qui cogitat de paupere. Sunt aliqui, quibus infixa cordi de paupere est cogitatio, beati. Super egenum. Euthym. ex Graeco, Super inopem, id est, eum, qui ab antiquo, & priori statu decidit. O beatum eum, qui talium pudori compatitur, quique super eos cogitat, non expectans, ut perant. O felicem illum, praesertim hoc tempore, qui verissimè hanc beatitudinem consequi potest! Super egenum & pauperem. Graec. Super valde infirmum, ac miserum. O quot hic sunt! Dominus conseruet eum, & vivificet eum. Camp. Dominus curam gerat illius. Gere tu curam pauperis, Deus tui curam geret. Et vivificet eum. Alij: Et vitam prorogat. Penuria, & pestis, unico verbo Graeco, *λεπτος*, significantur, quia pestis penuriae iuncta est, sed vitam prorogabit. Eleemosynarius tempore pestis, & famis, vitam prorogat Deus: inquit Philo. Abraham ob charitatem in pauperes aeternitatem, ut sic dicam, vixisse: nam Angeli hospitio recepti seminis multiplicatione promiserunt, sicut stellas caeli, & sicut arenam maris, quae praeter multitudinem numerari non potest. Pietas enim ad omnia utilis est, promissionem habens vitae, quae nunc est, & futura, &c. Et vivificet eum. Hebr. Et restituet eum, cum de cubuerit, scilicet ad sanitatem, quod factum est: Et beatum facias eum in terra. Camp. Et divitem in terra faciet. Pondera (in terra) etiam in hac vita, & hoc saeculo. Sed tandem in infirmitate*

A te: Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus. Genebr. Sustinet illum, quando in lecto dolebit, & agrotabit. S. Hieron. Dominus confortabit eum in lecto infirmitatis ejus.

O sit Deus confortator meus, sic parum alio egebo confortatore! Chald. Dominus appareat illi super lectum infirmitatis ejus. O favores! appareat, visitet eum saepe, ut pauperes, & infirmos ipse visitavit saepe. Adhuc Pagn. Dominus fulciat illum, quasi infirmarius. Adhuc amplius: Universum stratum ejus versasti in infirmitate ejus. Camp. Lectulum illius totum angulis undique ventilatis in ipso morbo versasti, Domine, ut mollius cubet. O incredibilem penè dixerim, sed certè, vereque credibilem misericordiae retributionem! Suis ipse Deus manibus lectum verset, quin undique ventilet, ut mollius cubet. Hinc illa patientia, hinc illa resignatio, &c. Quia suis Deus manibus lectum refecit. Ut par pari reddat! Ut pro eo, quod tu versasti infirmorum lectulos, tuum ipse suis manibus versat! Sed si tandem moriendum sit, in die mala Theod. In die vexationis liberabit eum Dominus. Veniet, veniet dies mala, ait hic August. velis, nolis, veniet: bona mors fructus est eleemosynae Isai, quo supra: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & anteibit faciem tuam justitia tua. Eleemosynae velut tædæ accensae praecunt, &c. O miseros, qui in via horroris plenissima, hanc justitiam non habent, quae antecedat!

B

C

D

E

Stephanus, de quo Gregorius in Dial. medio jam ex corpore è ponte dilapsus, ab operibus carnis per coxas miser trahatur deorsum; sed ab operibus misericordiae, quae fecerat, & quae pro eo tunc temporis luctabantur, trahatur sursum, &c.

Genebr.
S. Hieron.

Chald.

Pagnin.

Camp.

Theod.

Tob. 4.
August. l. 50.
hom. hom. 30.

Gregor. in
Dial. l. 4.
c. 34.

Septuag.

Alij:

Psal. 40.
D. Hier. ex
Hebr.

Euthym. ex
Graec.
Eleemosyna
moribundo
commoda.

Graec.

Camp.

Alij:

Phil. lib. de
Cherub.

1. Tim. 2.

Hebr.

Camp.



Eleemosyna
à Purgatorio
eximit.
Ecl. 17.

Quid, quod eleemosyna quamprimum
extrahit à Purgatorio? Est locus præallegatus
Ecl. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & c. & converteret in inferiores partes
terram, hoc est, & Deus converteret eleemo-
synam in mortuos, ut ad eos scilicet me-
ritum ejus perveniat, & à pœnis Purga-
torij liberentur; penetrat itaque eleemo-
syna inferiores partes terræ, Purgatoriū,
usque ad ostium Inferni, & c.

3. Reg. 17.
Et mortuos
redanimat.

Tandem mortuum suscitandi causa, & B
effectus fuit. Tertio Reg. Heu, Domine,
Eriamne filium viduas, apud quam utunque
sustentor, occidisti? Et tulit puerum, & attu-
lit in cœnaculum super lectulum. & c. Cur ibi
non suscitavit? diceret: Per hanc hospi-
taliorem, per lectulum hunc, per eleemo-
synam hanc, suscitavit illum Deus, & c.

Chrysolom.
55. in Gen.

Chrysol. hom. 55. in Gen. Stabant vi-
dūæ circa Apostolum, & ostendebant ei
vestes, quas faciebat illis Doreas, atque
ad miserationem Apostolum provoca-
bant, qui genibus flexis orans dixit: Tabi-
tha, surge. Illa autem aperuit oculos suos, &
visit Petro recessit, & accessit sanctis viduis
assignavit eam vitam. Vidisti, quanta re-
tributio beneficentiæ, etiam in præsentia
vita! Vidisti pharmaci potentiam! Quid
præbuit illa viduis? quantum illæ ei re-
pendent? Vestes præbuit, & alimenta,
sed illæ ad vitam hanc redaxerunt, &
mortem fugere fecerunt.

O immisericordiam! Per hanc de contra
omnibus bonis privatur quis in vita, in
morte, & post mortem.

1. Reg. 25.

Primo Reg. cum David fugiens à facie
Saul moraretur cum suis circa montem
Carmelum, ob extremam famem quodā
die decem ex suis militibus misit ad Na-
bal hominem valde divitem, ut in tanta
necessitate tum ipsi, tum suis opem fer-
ret, quibus ne frustum quidem panis da-
re voluit.

Avaritia Na-
balum occidit.

Ab hac se vitia fluxerunt ei omnia ma-
la. Deus enim taliter indignatus est, ut
post decem dies percussit illū & mor-
tuus sit, ut enim audivit delata munera,
dicit sacer Textus: Et mortuum est cor ejus
intrinsecus, & factus est quasi lapis. R. Salom.

Rab. Salom.

& R. Kimch.

scilicet ob tanta munera sibi videbatur

A depauperatus. Sic, sic plerique sibi depau-
perari videntur, si quid pauperi confera-
tur. Sed quid sibi vult, quod post decem
dies percussit illum Dominus? Tot die-
bus dicit Nicol: de Lyra, clanguit quasi
mortuus, lapideusque supervixit, quot
famelicos milites crudelissimè depulit.

Nabal decem-
dierum lan-
guore consum-
ptus. Cur?
Nic. de Lyr.

O inhumanissimum in famelicos! Erat
ei convivium in domo ejus, quasi convi-
vium Regis, & c. Nabal secundum nomen suū
stultus est, & cum eo est effluxio, & c. Sed cum
pauperibus tenacissimus, & c. Sed Deus
dedit omnem substantiam ejus cum
uxore ipsi David, cui nec panem dare vo-
luit, & c. O quot hodie tales inveniuntur:
lapidei! & c.

Aquila.

Ut obduruit, ut sordus factus est dives
ille, in cujus domo quotidie erat simili-
ter convivium, quasi convivium Regis,
nec tot clamores Lazari mendicantis au-
divit? Ad aperiendum cor ejus, inquit

Luc. 16.

Chrysol. ser.
de avaritia, &
Laz.

Chrysol. totum corpus Lazari ulceribus
cooperuit, ut tot essent ora clamantis,
quot ulcera existentia, & c. nec tamen
audire voluit. De quo August Memen-
tote, quid purpurato diviti contigerit,
qui non ideo damnatus est, quod aliena
tuleris, sed quod egeni pauperi sua non
tribuerit, & in Inferno positus ad peten-
da minima pervenit, qui hic parva nega-
vit. Idem ait Greg. Nonnulli, inquit, ex-
istimant, præcepta veteris Testamenti

D. August. de
confess. vitium,
Avaritia di-
vitem epulo-
nem damna-
vit.

D
districtiora esse, quam novi, sed nimium
improvida consideratione falluntur: in
illa enim non tenacitas, sed rapina mul-
tatur; hic dives iste non abstulisse aliena
reprehenditur, sed propria non dedisse:
hoc fuit, quod hunc in Infernum tradi-
dit; quia in sua felicitate, quia accepta
dona ad usum arrogantie iniecit, quia
viscera pietatis ignoravit, quia peccata
sua redimere, etiam cum sibi abundaret
pretium, noluit.

D. Gregor. in
hunc locum.

Idemmet S. Gregor. alibi: Dives epulo
oculos aperuit, compulsus in damnatio-
ne cognoscere, quod perdidit, quando
Lazarum non agnovit. Juste autem, qui
de abundantia peccavit, æstuanti cre-
matur inopia, guttam aquæ petiit, qui
micas panis Lazaro negavit, & c.

D. Greg. 18.
Mor. 10.

In Inferno clamabat: Pater Abraham, Luc. 16.

mitte

*Dives epulo
cur Lazarum
ad se mitti pe-
tuit.*

mitte Lazarum. Sed quæso, cur Lazarum A
petiit, quem potius offensum, ac indigna-
tum arbitrari poterat, & nõ magis ipsum
Abraham? Intellexit miser, sed sero, La-
zarum pauperem suæ salutis medicum:
mitte, mitte sed jam tempus non est. O
si in vita cognovisset, vel melius dicam,
cognoscere voluisset! &c. Cum ad te
Deus mittit pauperem, mittit & offert
salutis medicum.

*Chrys. hom.
34. ad pop.*

Notandum ex his partibus, damna-
tionem hujus divitis datam non furtis,
nec rapinis, sed omissioni elemosynæ,
idque etiam perpendit Chrysost. in da-
matione quinque virginum fatuarum:
Nec enim virgines, ait, aliena rapuerant,
sed propria non dederant, &c. Intellige
ergo non sufficere, si dicas: Aliena non di-
ripio; alienum non concupisco, damna-
beris etenim, si præterea, quod proprium
tuum est, indigenti non dederis.

*Ecclesi. 3.
Græc.*

Sed quid dico, proprium? quod tuum
est, veritas pauperis est. Ecclesi. Elemosynam
pauperis ne defraudes. Græc. Vitam pauperis
ne defraudes, id est, vitæ ad vitam neces-
sarium: tam enim debitus est illi cibus,
quàm vita: ut sua vita eum fraudare non
debes: ita nec suo cibo. Notandũ verbum,
defraudes, quod significatur, subtrahi,
quod ejus est, & ei debetur.

*Elemosyna
quando sub
præcepto obli-
gat.*

*D. Thom. 2.
2. q. 35. art. 3.
Et in 4. sent.
dist. 15. q. 2.*

Citra omnem controversiam est, elee-
mosynam tempore necessitatis cadere
sub præcepto: Sic S. Thom. & cum eo
Doctores: tenemur sub præcepto paupe-
ri in extrema necessitate constituto elee-
mosynam erogare, ut ait D. Thom. obli-
gamur, non solum ad erogandum super-
fluum status, sed necessarium status, su-
perfluum tamen naturæ, id est, quod su-
perest, demptis necessariis ad vitam suã,
& suorum. In extremis autem dicitur
esse, ut ait Nav. non solum, qui jam ani-
mam agit, sed etiam cum judicia proba-
bilia apparent, eò deventurum, nisi ei
subveniat. Deficient in viâ, inquit Do-
minus. Erant ergo in extrema necessita-
te, &c. Noli avertere faciem tuam ab ullo
paupere, sic enim fit, ut nec a te avertatur fa-
cies Domini. O insignem gratiam! si fa-
ciem meam non averti ab inope, Deus:
faciem suam a me non avertit, &c.

*Nav. in Man.
c. 24. num. 5.*

*Et 6.
Ivan. 6.
Tob. 4.*

*Necessitas pau-
perum extre-
ma quamam.*

*Propter mandatum (charitatis proximi)
assume pauperem, & propter inopiam ne di-
mittas eum vacuum.*

Ecclesi. 29.

*Perde pecuniam si elemosynam dare, ut
homines putant, perdere est) propter fra-
trem, & amicum tuum, pauperem, verum
amicum, & non abscondas illam sub lapide in
perditionem & tuam, (unde S. Amb. legit
in mortem) & pecuniæ: unde quædam
Græca exemplaria pro, Ne, abscondas, ha-
bent, ne rubigine obducatur.*

B

*Pone thesaurum in præceptis Altissimi,
(Janfen. juxta mandata Dei, & prout ipse
exigit a te) proderit tibi magis, quàm aurum
(asservatum) concludere elemosynam in sinu
pauperis, & hac pro te exorabit ab omni malo.*

*Janfen. in hunc
locum.*

*Peiſtat Sapiens in similitudine thesauri
benè collocandi, & tutè reponendi; & nu
recondenda
ait, benè & tutè reponi, si concludatur,
& reponatur in sinu pauperis, qui sinus
Pauperum
mysticum Cælum est, quò fur vanæ glo-
ria non appropiat. Et hæc esto ingratus
pauper non exoret) pro te exorabit ab omni
malo. Hæc, inquam, etsi conclusa, & addi-
ta, etsi incognita hominibus; tacentibus
tamen omnibus, nec ipsis pauperibus eã
concelebrantibus, ipsamet Deum exora-
bit pro te ab omni malo tum corporali,
tum spirituali; & exoptet Græc. Et ipsa
eximet te ab omni afflictione. O promissione!*

*Pauperis inſi-
benè collocandi, & tutè reponendi; & nu
recondenda
ait, benè & tutè reponi, si concludatur,
& reponatur in sinu pauperis, qui sinus
Pauperum
mysticum Cælum est, quò fur vanæ glo-
ria non appropiat. Et hæc esto ingratus
pauper non exoret) pro te exorabit ab omni
malo. Hæc, inquam, etsi conclusa, & addi-
ta, etsi incognita hominibus; tacentibus
tamen omnibus, nec ipsis pauperibus eã
concelebrantibus, ipsamet Deum exora-
bit pro te ab omni malo tum corporali,
tum spirituali; & exoptet Græc. Et ipsa
eximet te ab omni afflictione. O promissione!*

C

*Pergit adhuc Ecclesi. Super scutum po-
tentis, & super lanceam (illud, ut vis defen-
dens, hæc ut vis offendens, validius) ad-
versum inimicum tuum (sive visibilem, sive
invisibilem) pugnabit, &c. Itaque in mor-
tis agone, quas ante erogasti, elemosy-
næ tunc te protegent, tunc pro te pu-
gnabunt, tunc in ipsum hostem, ut tela
insurgent.*

D

*Pergit adhuc Ecclesi. Super scutum po-
tentis, & super lanceam (illud, ut vis defen-
dens, hæc ut vis offendens, validius) ad-
versum inimicum tuum (sive visibilem, sive
invisibilem) pugnabit, &c. Itaque in mor-
tis agone, quas ante erogasti, elemosy-
næ tunc te protegent, tunc pro te pu-
gnabunt, tunc in ipsum hostem, ut tela
insurgent.*

E

*De nonnullis defectibus in ero-
ganda elemosyna, ac in sol-
vendis mercedibus.*

PUNCTUM LXXXI.

*Et si, in bonis non des quærelam, & in omni
dato non des tristitiam verbi mali. Sunt,
Kk 3 qui*

Eleemosyna sine verbis querulis, ac duris eroganda.

Gracè,

Chryf. hom. 36. ad populum. Pauperi ne convitiis dixeris.

Jansen.

In eius Officio 10. Nov.

qui faciunt eleemosynam, sed semper habent in ore aliquod verbum, quo pauper, vel exterius, vel saltem interius tristetur. Fili, in bonis, quæ facis, non des querelam, hoc est, occasionem conquerendi. Græc. loco, querelam legimus, vituperium. Fili, in bonis non des vituperium. Aliqui eleemosynam non faciunt, & vituperium, & maledicta conjiciunt in pauperem, &c. Non te pudet, inquit Chrylost. pauperem mendicem pro fusto panis impostorem vocare? Simulat, inquit, tremorem, & infirmitatem. Non times, ne fulmen ab hoc verbo cælitus accensum in te feratur? Discumpor ab indignatione: parce, si simulat, ex necessitate simulat, & egestate, propter sæviriam tuam, & inhumanitatem tuam, quæ talibus personis supplicantibus ad misericordiam non flectitur. Quis enim tam miser, & ærumnosus, ut nulla premente necessitate pro solo pane velit ita deprecari, & plangere, talemque pœnam sustinere? &c. Hæc horribilius dicam, quod & liberos quidam ex æcare sunt coacti, ut nostram penetrarent insensatam duriciem: postquam enim videntes, nudique circumeuntes crudeliter flectere non poterunt, his tot malis aliam graviolem adjecere tragediam, ut famem solverent, &c. Tu verò alienis insultas malis, &c. In bonis ne des querelam.

Nonne ardorem refrigerabis ros? sic & verbum magis, quam datum. Ubi Jansen. Pulcherrima, inquit, similitudine indicat, quantum comitas, & benignitas verborum conferat indigentibus, ut beneficium commendet, immò superet: blandum enim, & dulcem sermonem comparat rosi; quod sicut ros de celo leniter dimissus æstivum calorem temperat, ita dulcis sermo ex ore hominis leniter profluens inopiæ malum, hominem instar arboris utens, & torquens temperet, & exinguat: durus autem sermo mûneri collato additus rectè imbrî vehementi comparatur, qui tollit quidem ardorem, sed sine gratia, & cum nocumento sæpius, ita enim & durus sermo perdit mûneris gratiam, & utilitatem.

Tanto Beatus Didacus erga Christi

pauperes amore flagrabat, ut cum illorum calamitates pro voto sublevare non posset, vim lacrymarum profundens, verbis eos dulcissimis solaretur.

Nonne ecce verbum super datum bonum? O quam verum! Plus quandoque solatur pauperem verbum bonum, quam quodvis aliud, &c.

Stultus acriter improperabit, & datus in disciplinati tabescere facit oculos. Stultus, inquit, etiam si quid det, tamen acerbè improperat egeno paupertatem, inertiam, importunitatem, suumque gravamen, & inde fit, ut quod sua natura exhilarare solet, potius contristet miserum pudibundum, dimissisque oculis abire cogat, stultus meritò dictus, quod amarulentia verborum perdat, quandoque datum, & meritum, &c.

Si negavi quod volebant, pauperibus, & oculos vidua expectare feci. Sept. Impotentes, quæcumque aliquando re opus habebant, non sunt frustrati, & vidua oculos non tabesci.

Hoc est, secundum Nicet. Non sum passus egestate, aut lacrymis, aut assiduo oculorum coniectu, intentioneque tabescere, quod ipsum accidisset, si nec rerum, quas optabant, compotes fuissent, nec non despectæ fuissent. Vera pietatis viscera!

ac liberalem se præbebat Job, sed etiam non expectata viduæ, ac pauperis deprecatione, rebus necessariis illos sublevabat; & non solum petitioni, sed etiam voluntati, desiderio, oculis, atque expectationi miserorum satisfacerebat, ut qui à petendo, & deprecando vel præ pudore, vel difficultate alia impediabantur, non idè rebus necessariis deficerent. Imitabatur nimirum Deum, qui desiderium pauperum exaudit, & præparatione cordis eorum. Et oculos vidua expectare feci.

Heb. Oculum vidua non consumpsi, vel non feci, ut deficeret, præ expectatione scilicet. Tigrin. Si viduas lactavi vana spe; hoc est, nec coram, nec præ foribus ad duas, vel tres horas passus est præstolari, &c. Eccl. 4. Cor inopis no afflixeris, & ne protrahas datum angustianti.

O quam longè absunt illi, de quibus Apost. Ecce merces operariorum, qui messuerunt

Eccl. 18. Pauperes duris re verbo percussus, lens stultus,

Iob 31. Septuag.

Nicot. Iobris pietas in pauperes.

Hebr. Tigrin.

Eccl. 4. ac. 5.

runt regiones vestras, clamat, & clamor eorum in aures Domini sabaoth (exercituum) introiit. Unū ē quatuor generibus peccatorum in calum clamantium. Cavete: Epulati estis, & in deliciis vixistis, propterea debita, ac mercedē non exolvistis.

Alij:

Ecl. 13.

Pauper laesus tacebit. Sed oppressio, sed injuria, qua illum afficis, clamabit.

Deut. 24.

Pauperi mer-
cenario statim
solvendum
pretium.
Alij:

Non negabit mercedem indigenti, sed eodem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animā suam, ne clamet contra te ad Dominum. Expende singula: Non negabit mercedem indigenti. Alij: Non vim inferes mercenario indigenti, q. d. pugione non aggredieris, non minaberis. Non vim inferes, sed eodem die, &c. Unde Ambr. Qui nō pariter te dicere: Cras dabo, quomodo patietur dicere, nō dabo: Nō morabitur opus mercenarii, tui apud te usque mane. Statim vult solvi mercedē.

Levit. 19.

Ierem. 22.

Va qui edificat domum suam in iniustitia, & cenacula sua non in iudicio, amicum suum opprimit frustrā. Hebr. In socio suo servit gratis, id est, operarius non solvit mercedem, quod sequentia declarant magis. Et mercedem ejus non reddet ei. Hebr. Et laborem non compensat, scilicet data mercede. At unde tam strictus cum operariis? Quia tam largus tibi. Qui dicit: Edificabo mihi domum latam. Hebr. domum mensurarum, scilicet magnarum, & cenacula spatiosa, seu ventosa, qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide, minio, sive rubrica. Et miraris, si mercedes, si debita non persolvit: Sed

Hebr.

Hebr.
Alij.

Isai. 9.

Omnis violenta prae datio cum tumultu nota, quomodo retentionem, mercedē appellet. & vestimentum mixtum sanguine (pauperis illius mercenarii) erit in combustionē, & cilis ignis (qui te tnaq; comburet.)

Tob. 4.

Ut Tobias ab hoc igne timebat? Fili, merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat. Pondera, omnino: q. d. nihil prorsus mercedis retinebis, sed integrē, ac penitus persolves.

Iob. 31.

Astucia, &
Pineda ibid.
Tobi erga mer-
cenarios pietas.
Vatab.

Job: Si adversum me terra clamat, & cum ipsa sulci ejus descunt. Quoniam modo terra clamat? Terra dicitur clamare, cum terrae cultores clamant. Si fructus ejus comedi absque pecunia, & animam agricolam ejus afflixerit. Vatabl. & cultores ejus nimis operis confeci.

A Regia: Si animā ejus afflare. Alij: suffirare, vel Regia: anhelare feci. O justū simul ac misericordē. Alij.

Beatus qui intelligit super egenum, & pau-

perem. Ubi August. Cum dicit, qui intelli-

git, & c. non expectat, ut petatur. Huc fa-

cit illud Becl. Sudet eleemosyna in manu tua, sudet in manu quousque invenias, cui eam tradas. Hoc est, tua.

tota anxietate quaras ē manibus elabi, enitatur, sudet, donec exeat ē manibus tuis, & veniat ad manus pauperis, & c.

B ¶ De eleemosyna affectus, & compassionis.

Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Sept. Ego autem super omni impotente flexi, genui autem videns homines in necessitatibus. Ubi

Gregor. Plerumque largitorem muneris rerum abundantia facit, sed ille perfectē

tribuit, qui prius in se dolentis passionem tran fert. Qui dare non potest, saltē be-

nigno oculo pauperem respiciat, hoc est, et laetem compatiatut pro eleemosyna. O quā bonum bono oculo pauperē vide-

re! Qui pronus est ad misericordiam, benedi-

citur. Hebr. Qui pronus est oculo. Alij: Qui benignus est oculo, benedicetur.

Tales erant illi, de quibus Apost. Qui supra virtutem voluntarii fuerunt: hoc est, plus dare voluissent, corque ipsum dedissent, si potuissent.

D De vidua illa, inquit Chrysostr. duobus minutis opes suas exhaustit ex tota anima; & de illis, qui in structuram templi pilos obtulerunt, receptos ut aurum: De-

derunt, inquit, capillos in structurā templi & nō sunt passi repulsam: quōd si aurū habentes, capillos attulisset, maledicti forent: si verō id solum habentes, recepti.

At quā recepti, qui nō solum pretio-

sa quæque, sed & seipsos præ compassio-

ne, & affectu erga pauperes vendiderūt? Petrus cognomento Telonarius, ubi primū omnia sua pauperibus erogasset, seipsum postmodum vendi, pretiumque eisdem distribui curavit.

Narrabat S. Joannes cognomento Eleemosynarius, de S. Serapione Sindonio, vel Sindonita hoc nomine nuncupato, eō quōd sindone tantum tegetetur, quōd vel hoc ipsum indumentum die quadam pro Christi amore egeno algenti dederit & quia postea nudus sedebat, tenens sanctū Evangelium, interrogatus à quodam: Quis

Regia: P. sal. 40.

August. ibid.

Eleemosyna

Greg. ibid.

Eleemosynam

pij affectus

Prov. 10.

Hebr.

Alij.

2. Cor. 8.

Chrys. hom.

2. de paen.

In Vit. Pat.

In Vita S.

Ioan. Eleotr.

Serapion se-

ipsum vendi-

dit, ut pretium

pauperibus

erogaret.

Quis te expoliavit, Abba? demonstrans sanctum Evangelium, ait: Iste. Et alio tempore dicebat, hoc ipsum Evangelium vendidisse, ac pretium pauperibus erogasse. Discipulo verò sciscitanti: Ubi est Evangelium, Abba? Crede, inquit, fili, ob amorem ejus, qui dixit mihi: *Vende, quae habes, & da pauperibus*; illud vendidi, & dedit eis, ut in die Judicii habeamus fiduciam abundantiorē apud Deum. Et quia iterum vidua mulier petivit ab eo eleemosynam, quoniam esuriebant filij ejus, non habente eo aliquid omnino, tradidit se ei, ut venderet eum mimis Graecis, quos & Christianos fecit in paucis diebus. Haec referens sanctus de sancto Serapione, dicebat ad eos: *Vae, va, o philo Christi, quid prodest homini colloquenti de actibus sanctorum Patrum? Credite mihi, quia usque hodie putabam, quod vel aliquid facerem, datis quas habere possum, pecuniis, nesciebam autē, quod & seipsum vendiderunt, quaedam compassione superati.*

Paulinus seipsum vendidit, ut captivum redimeret.

De S. Paulino Gregor. in Dialogis. Cum saevientiam Vandalorum tempore fuisset Italia in Campaniae partibus depopulata, multique essent ab hac terra in Africanam regionem traducti, vir Domini Paulinus, cuncta, quae ad Episcopi usum habere potuit, captivis, indigentibusque largitus est. Cumque jam nihil omnino superesset, quod petentibus dare potuisset, quodam die quaedam vidua advenit, quae a Regis Vandalorum genero suum filium in capti vilitate fuisse ductum perhibuit, atque a viro Dei ejus pretium postulavit, si forte illius dominus hoc dignaretur accipere, & hunc concederet ad propria remeare. Sed vir Dei magnopere petenti faminae, quid dare potuisset, inquirens, nihil apud se aliud nisi se invenit; petentique faminae respondit, dicens: Mulier, quod possim dare, non habeo, sed me ipsum tolle servum, me juris tui esse profitear; atque ut filium tuum recipias, me vice illius in servitium trade. Quod illa ex ore tanti viri audiens, irrisionem potius credidit, quam compassionem. At

ille, ut erat vir eloquentissimus, atque apprime exterioribus quoque studiis eruditus, dubitanti foeminae citius persuasit, ut audita crederet, & pro receptione filij sui, in servitium Episcopum tradere non dubitaret.

Perrexere igitur utriusque ad Africam. Procedente autem Regis genero, qui ejus filium habebat, vidua rogatura se obtulis, ac prius petiit, ut ei filium donare debuisset. Quod cum vir barbarus, typho superbiae turgidus, & gaudio transitoriae prosperitatis inflatus, non solum facere; sed etiam audire despiceret, vidua subjunxit, dicens: Ecce hunc hominem pro eo vicarium praebeo, solummodo pietatem in me exhibe, mihi que unicuique filium redde. Cumque venisset vultus hominem conspexisset, quam artem nosset, inquisivit. Cui vir Dei Paulinus respondit, dicens: Artem quidem aliquam nescio, sed hortum bene excolere scio. Quod vir gentilis valde libenter accepit, cum in nutriendis oleis, quia peritus esset, audivit. Suscepit itaque servum, & roganti vidua reddidit filium. Quo accepto, vidua ab Africana regione discessit. Paulinus vero excolendi horti suscepit curam. En quousque plerique Sanctorum ex affectu & compassione in proximos pervenerunt! En qualem, & quantam affectus, & compassionis eleemosynam erogaverunt!

Cupidi sunt sine misericordia.

PUNCTUM LXXXII.

SI unus de fratribus tuis ad paupertatem tuam devenit, non obdurabis cor tuum, Deut. 15, nec contrabes manum tuam, sed aperies eam pauperi.

Refrigescente charitate, ac vento avaritiae flante, in similitudinem lapidis

Iob. 38.

lapidis durantur aqua, (populi) durantur ut crystallus, &c.

Proverb. 12. 10

Iob. 24.

Pauperes quidam amplexantur lapides. Cur?

Hebr. Impiorum in pauperes avaritia. Hebr.

1. Reg. 15.

Nabal stultus.

Viscera impiorum crudelia. Annon crudelia eorum viscera, qui Nudos dimittunt homines, indumenta tollentes, quibus non est operimentum in frigore, quos imbrēs montium rigant, & non habentes velamen amplexantur lapides? Quid est, quod pauperes, ac miseri lapides amplexantur? Quia scilicet magis scintillas abstrusas in lapidum venis ad se calefaciendos elicere sperant, quam charitatis calorem ad durissimis hisce lapidibus. Amplexantur lapides, homines nimirum duos, ut lapides, ut eos ad misericordiam emolliant.

O duritiam! Vim fecerunt depradantes pupillos. Hebr. Pupillos ex uberibus diripiunt. Tanta scilicet est eorum avaritas, facienti sibi mancipia, vel quia videre nequeunt symbolum pietatis, pupillos ex matrum uberibus diripiunt. Præterea: Vultus pauperum spoliaverunt. Hebr. Pignus pauperis acceperunt. Iterum: Nudi, & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicis; hoc est, quas famelici à messoribus relictas spicas collegerunt, has inhumaniter abstulerunt.

Hujus duritiei fuit Nabal ille Carmelus, de quo supra, cui ob inhumanitatem emortuum est cor ejus intrinsecus, & ipse factus est quasi lapis. Dum tonderentur oves, dumque haberet domi quasi convivium Regis, mittit ad eam David: Si quid habes ad manum, &c. Ut modeste petiit! At homo durus, ferox, & malitiosus; Quis est David, & quis est filius Isai? Hodie increverunt servi, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio unde sint? O Nabal, verè Nabal, quod est stultus! Hic licet tres in homine hoc ineptias animadvertere, & totidem in quos avaritia dominatur. Prima stultitia fuit, nolle eum agnoscere, qui tam beneficus fuerit. Quis est David? Secunda, loco elemosynæ reddere verbum contumeliosum: Hodie increverunt servi fugitivi. Tertia, timere sibi, qui famulis, ac tonsoribus defectorum, quod largiretur, cum aded esset dives, & extrueret in domo sua, quasi convivium Regis.

Speranza Scripturæ selecta.

Agis. O cæcam avaritiam! O stultam cupiditatem! O viscera crudelia?

Hæ sunt divitum stultitiæ, non cognoscere, quid à pauperibus beneficii accipiant: quin loco elemosynæ reddere verba contumeliosa, & in omni rerum opulentia, timere, deficiat aqua: sic equidem ait: Tollas aquas meas, &c.

Quam justè verus David, Christus Dominus noster, qui hæc passus est in persona pauperum, indignabitur, dicetque Angelis suis, quod ait David pueris suis: Accingatur unusquisque gladio suo. Verè frustra servavi omnia, quæ hujus erant in deserto, &c. Ego illi tor bona dedi, & merito pauperum conservavi, & auxi, defendi à furibus, infortuniis, ac innumeris periculis: (Viri isti erant nobis pro muro, diraxerat illa, ut sunt verè pauperes) nunc peto exiguum quid, aliquid lanæ, panis, &c. ex his, quæ abundanter ipsi à me collata sunt in propriam, & pauperum utilitatē, & cum deberet eos humaniter excipere, & fovere, injuriis excipit, & cum sit aliàs prodigus in suis vanitatibus, sic miser & tenax est in adjuvandis pauperibus, ut timeat, ne sibi aqua deficiat. Deseram ergo eum, ac permittam, cor ejus emori, & instar lapidis ad omne bonum durefcere, qui lapideum se pauperibus exhibuit, tandèmq; finier vitam, & bona simul, & animam perdet. Hic est finis crudelitatis avari, &c.

Et ecce homo habens manum avidam. Duplex huic remedium: Extendit (sic jubet Christus) manum tuam. Et extendit, & reposita est sanitati. Alterum ex observatione circumstantiæ, quam adnotat S. Marcus, quod antequam hominem sanaret, Surge, inquit, & sta in medium. Mediocritatem præcipit diviti, ut quodam contentus medio non excedat in conquirendis divitiis, sed mediocritate contentus sit, & quod manus sanetur, pauperibus pro conditione status largiatur, &c.

Nihil iniquius, quam amare pecuniam, hic enim animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projecit intimam suam, id est, misericordiam viscera: quoniam scilicet immisericors est, nec pietatis viscera habet, &c.

Chrysol. de divite, qui induebatur purpurea, serm. 127.

Lt

Chrysol. de divite, qui induebatur purpurea, serm. 127.

Divites, qui avari, iudem stulti.

In pauperes dure excipien: ur à Deo.

Matth. 12. Divitum manus avida curantur extensione. Mar. 3.

Chrysol. de divite, qui induebatur purpurea, serm. 127.

pura, & bysso, &c. Iste dives, inquit, immo A divitiarum captivus, servus opum, & ipsis censibus compeditus, tantum pompæ immobile sepulcrum, in quo pietatis totus utique & visus defecerat, & auditus, non jam personam, non pauperem, sed ipsam misericordiam despicit, ad januam suam Lazaro sic jacente. Purpura, bysso, delicatis vestibus, epulis blandis ferrea viscera crudelis anima nutrebat, quem Deus humanæ salutis avidus inquisitor emollire cupiens, non tam Lazarum, quam ipsum pietatis conflatatorium ejus projecit ad januam. Conflatatorium dixi, propter ferrea viscera. Impiis ergo oculis mendicus Lazarus ingeritur, admoveatur, & ut dives dare possit, magis, magisque divitis census cumulat: sed dives adamante durior, quicquid Deus pauperis propter alimoniam divitis conferebat ad eum, ille aut effundebat turpiter, aut crudeliter reponebat. Item ut non taceret, ut clamaret, ut admoneret divitem, ut panem se querere tantum jejunas pauper ostendat, ut vel ad minima largienda abundantis impelleret animum, augetur pauperis fames. *Cupiebat, inquit, de micis saturari, quæ cadebant de mensa divitis.* At dives variis crapulæ ferulis indigiem suam ructabat ad cælum, ne vocem pauperis humi, & taliter jacentis audiret. Itemque Deus, quia obduratis auribus unius oris nihil erat vos clamantis, ad apertendum cor divitis totum corpus pauperis vulneribus aperit, ut in admonendo divite torerent pauperis ora, quot vulnèra, solvuntur viscera, ulcera producuntur, hiatus vulnèrum dilatatur, sanies effunditur, & tota pauperis caro componitur in scenam pietatis, ut quem vox esurientis non moverat, vel suspiria, vel dolores, gemitus, & tota ætumnarum congeries commoveret, sed dives superbo oculo, & insatiabili corde, hæc omnia & audire, & sentire contemnit.

*Psal. 143.
Psal. 75.
D. Aug. ibid.*

Promptuaris eorum plena (& pauperes vacui.)

D. August. ad illa verba: *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Somno similis,

inquit, fuit vita eorum. Divitias habentur instar somniantium, qui interitum dormiunt, divites sibi videntur, cum expergefiunt, suam cernunt oculis vigilantibus paupertatem. Sic illis facta sunt ipsa præsentia deliciosa, quomodo qui videt per somnium invenisse se thesauros, tamdiu dives, quamdiu non evigilat. Somnium illum divitem facit, evigilatio pauperem, transit somnus iste: transit vita ista. *Et nihil invenerunt in manibus suis; quia nihil posuerunt in manibus Christi, &c.* At non est somnium eorum, qui divitias suas in manus pauperum posuerunt, hi cum dormierint somnium suum, id est, cum è vita migraverint, thesaurum æternum in manibus suis invenient, qui divitias suas in manibus pauperum reposuerunt.

Quæ divites recondunt, nulli profunt. *Genes. 35.* Sepelivit Jacob idola illa, quæ sui habebant. *Erimures, quæ erant in auribus eorum, subter terebintum.* S. Ambr. ait, infructuosam, ac sterilem eam arborem esse: namque idola avarorum, quæ sunt divitiæ, sub sterilitate reconduntur. Inaures etiam eorum sterilitati subsunt: quia vel non audiunt postulantes miserum, vel nihil omnino illi tribuunt.

Quomodo proficuum esse potest, quod sub rotæ clavibus, ac serinis reclusum asservatur? Hoc epitheto aurum appellat Moyses: *Et operuit illud (scilicet oraculum) auro purissimo.* Reg. *Auro concluso.* Sic ubi habetur aurum obriatum, Sept. legunt, *conclusum.* August. *Aurum inclusum.* Tigur. & Variabl. in thesauris *Inclusum.* Pagnin. & Alij recentiores volunt ex eo aurum dici conclusum, quod diligenter claudatur, & custodiatur ab avaris in thesauris, quibus utique, & ipsi recluduntur. O quam melius, si illud educerent, & ex eo oraculum (Christum in paupere) operirent!

Ipsæ divitiæ erunt immiseri cordibus tormentum. *Audite hoc, vacca pinguis, Amos 4. &c. quæ conteritis pauperem. Alij: Quæ Alij, absorbetis pauperem, &c. Levabunt vos in contis-*

Pagnin.
Iudic. 8.
Gedeon cur vi-
ros Socoth spi-
nis contrivit.

contia. Pagninus: *Levabunt vos in spinis*, hoc est, ipsa vestra divitiarum vos concremabunt.

D. Ambr.

Gedeon, ut perficeret quandam victoriam, petiit panem à viris Socoth, qui dare noluerunt. Ex bello reversus Tullius spinas, ac tribulos, & contrivit cum eis, atque comminuit viros Socoth. Justa punitio, ut spinis divitiarum misericorditer non elargitarum pungerentur, ac necerentur. S. Ambros. Parietes aut vestitis, homines veste nudatis! Clamat homo nudus, & tu sollicitus es, quibus marmoribus pavimenta vestias. Panem postulat homo: & equus tuus aurum sub dentibus mandit. Delectant te ornamenta pretiosa, cum alij frumenta non habeant. Vitam populi poterat annuli tui gemma servare.

¶ Quam stricti interdum vel ij, qui spiritum profertur.

Eleemosynas
quidam non
faciunt, qui
alia operosiora
faciunt.
D. Basil. hom.
2. in divit.
avar.
Matth. 19.

Videre est quosdam ad mortificationes, & labores expeditos, ac paratos ad jejunia, flagellationes, peregrinationes, &c. Ad omnia, in quibus sumptus non requiritur, omnem sine sumptu pietatem ostendent, inquit Basil. egentibus vero ne obolum quidem præbeant.

Orig. in Car.
D. Thom.

Bonus ille juvenis evangelicus præcepta quidem servabat, sed ubi primum audivit: *Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, abijt tristis*, vel juxta Hebræos, ex Orig. relato à D. Thom. in Cajet. *Cæpit scalpere caput suum, & non placuit ei.* O quot! ô quot huic per similes, qui ubi non agitur de eleemosyna, aut aliquid erogando, vivunt læti, servant præcepta, & diligunt proximum! Sed ut ait Euthym. quasi nullum ei inferendo nocumentum, non quasi dividendo suas cum eo possessiones (veluti hic juvenis diligebat) hoc enim, subdit, excelsum est, & supra Judaicam in humum depressionem.

Euthym. ib.

Benè ergo ambulant, vel ut melius dicam, & verè dicam ambulare videntur in præceptis, sed ubi hoc tangitur consiliū: *Vade, vende, & da pauperibus*, claudicant, abeunt tristes, scalpunt caput. Ubi no-

A tandum, pravam hanc dispositionem ad consilia magnum esse indicium, quod præcepta ipsa non servantur: sicque Hilar. can. 19. Ambr. Aug. Beda. Theoph. & pleriq; in Matth. Græcorum ajunt, ut jam supra tetigit, hunc juvenem non servasse, ac mentum esse: si enim dilexisset proximum, sicut seipsum, inquit Hieron. opere compleretur, & non esset tristis, cum sua dare pauperibus juberetur.

Hilar. can. 19.
Ambr. Aug. Beda.
Theophyl.
hoc loco.
Hier. ibid.
Psal. 118.
Hebr.

B Quomodo dilexi legem tuam, Domine. Psalmo veluti titulus est littera Mem. Hebr. viscera charitatis. q. d. qui hæc non habet viscera, præcepta non servat.

Quid miseri dicemus? quid educati in schola Christi respondebimus, cum in Judicio surget vidua Sareptana gentilis, quæ nunquam Evangelij verba audivit: *Quod uni, &c.* quæ licet potius cum morte, quam cum fame contenderet, ut dicit

C Chrysof. cum nihil illi superesset, quam parum farinae cum filio comedere, & mori: & tamen mater, in extrema necessitate cum filio, solâ internâ voce admonita dat, quod habet. Quid, inquit, nos qui in extrema necessitate non sumus, quin Dei gratia abundamus, post inspirationes, consilia, præcepta, eleemosynam non facimus?

S. Chrysof.
hom. 19. in
1. ad Cor.
3. Reg. 17.

D

¶ Cum misericordibus videtur non exacte, sed cursim, ut dicitur, Deus rationes exquirere.

PUNCTUM LXXXIII.

E Qui post prandium rationes percurrit, videtur, quod condonare vult. De quodam rationes reddituro, quasi eum culpans Dominus, ait: *Adipe victimarum non inebriasti me.* q. d. Debebas me victimis inebriare, & rationes pro tuo libito percurrissem.

Eleemosynarum
rationes Deus
obiter spectat.
Adipe Isai. 43.
q. d.
Quæ



Hebr. 13.

Alij.

Psal. 37.

Job. 22.

Vatabl.

Cajet.

Quæ victima, & quæ sacrificia sunt hæc? A. *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Sept. Genui videns virum in necessitatibus. Septuag. Alij: Contristabar. Alij: Vrebar. Alij: Alij: Lacerabar, disructabar. Filiorum Dei viscera. At præcitorum signa, viscera crudelia, &c. Pia viscera. Job vel ab ipsis incunabulis. Ab infantia crevit mecum miseratio. Septuag. A iuventute mea Septuag. enutriebam, ut pater. Vatabl. Pupillum, Vatabl.*

Beati, quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Et quid operit peccata? Apost. Charitas operit multitudinem peccatorum.

Erit omnipotens contra hostes tuos. Vatabl. Aurum tuum erit omnipotens. Cajetan. Erat Sadaï in thesauros tuos.

¶ Eleemosynarij prædestinatorum signum habent.

Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Sunt ergo filij Dei, & electi. Sic Apost. Induite, ut electi, viscera misericordie. Immisericordes autem præcitorum characterem habent.

Est hæc observatio D. Gregor. Ut Samuel ungeret David in Regem Israël, Tulit cornu olei, unxitque eum in medio fratrum suorum. Sed ut ungeret Saül, Tulit unctus, ac Saül lenticulam olei, unxitque eum in extrema Quo mysterio & parte civitatis. Quid hæc sibi volunt discrimina in duorum Regum Israël unctione? Inquit Gregor. non esse hæc tam discrimina, quam mysteria. Lenticula parvum est vas, sed cornu majus. Hoc in prædestinati caput, & in medio civitatis effunditur, quod circumquaque oleum misericordie diffundatur: illud autem angustum in caput reprobis, & in angulo civitatis, qui vix erga aliquem sit misericors, idque non tam sit affectu charitatis, quam carnis.

Job 31.

Misericordia
impaupe-
ror gemella
Jobi.

D Greg. ib.

Ut Job hoc signum prædestinatorum habebat! Ab infantia crevit mecum miseratio, & de utero matris egressa est mecum. Soror gemella, & contemporanea Jobi misericordia. Ubi Gregor. In prædestinatis cum ætate corporis crescit simul ætas virtutis. Prædestinati non exerecunt in superfluis impensis, sed in misericordia, se se restingunt in reliquis sumptibus, sed effundunt in eleemosynis.

A. *Flebam quondam super eo, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Sept. Genui videns virum in necessitatibus. Septuag. Alij: Contristabar. Alij: Vrebar. Alij: Alij: Lacerabar, disructabar. Filiorum Dei viscera. At præcitorum signa, viscera crudelia, &c. Pia viscera. Job vel ab ipsis incunabulis. Ab infantia crevit mecum miseratio. Septuag. A iuventute mea Septuag. enutriebam, ut pater. Vatabl. Pupillum, Vatabl. & orphanum enutriebam, ut pater, & de ventre matris meæ dux eis fui. Sic puer ut eram, curam eorum gerebam, quasi pater colligebam, amplexabar, fovebam, ut melius noveram, exemplum dabam, exemplo præibam, erudiebam. Dux eis eram. Hi erant fructus in ætate acerba, quinam fuerunt in matura? Electis ut fortis ætas corporis, intus, si diei licet, crescit. ætas virtutis, inquit Gregor.*

Eleemosynam erogare, inquit: Chrysostomus ars est omnium quaestuosissima.

PUNCTUM LXXXIV.

D. Quid, inquit, quis pertimescit, ne pauper evadat, si eleemosynam faciat? Eleemosyna non depauperat, sed est vera ars ditescendi.

Qui parèe seminatur, parèe & metet, & qui ars ditescendi, seminatur in benedictionibus, de benedictionibus Cor. 9.

& metet. Ad litteram ex D. Thom. loquitur de eleemosyna. Hoc est seminare in benedictionibus, in quibus, inquit Anselm semel seminans, bis metet, interdum vel in hoc sæculo: Et multiplicabit semen vestrum, & augetur incrementa frugum justitie vestre. Quid est, quod fruges nostræ non augentur? quia in benedictionibus non seminamus.

De comedente exivit cibus. Id est, de paupere, qui tuum panem comedit, tibi cibus venit. Ænigma est, quod non intelligit a vaxus, sed verissimum est.

Qui

Judic. 14.

Qui facit eleemosynam, prius recipit, A & plus recipit, quam alteri conferat. In Act. Apost. bona illa mulier Dorcas plena dicitur eleemosynis, quas faciebat. Quomodo plena, si vacua remanebat? Pauperes illæ viduæ potius plenæ dicendæ: & tamen Spiritus sanctus eam dicit plenam eleemosynis, quas faciebat, quia qui facit eleemosynam, potius revera recipit, quam conferat.

Hinc de muliere illa forti dicitur, B quod *manum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem*. Aperuit manum, ut conferret, mox extendit ad pauperem, ut reciperet. Aperit, & extendit, qui dat aliquid accepturus.

Est conceptus Apostol. qui loquens de charitate Philippenſium: *Nulla mihi Ecclesia, inquit, communicavit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli*. Chryſost. declarat: Res hæc, scilicet eleemosyna, communicatio quædam est. *Si nos, inquit, vobis spiritualia seminavimus, quid magnum, si nos carnalia vestra metamus? Vides, quomodo communicarint in ratione dati, dando carnalia, & in ratione accepti, accipiendos spiritualia? Quæ, ut ait Hieron. ita sunt, quasi si parvo numero centenarius numerus comparatur. Utitur hic Apostol. metaphora rationatij libri, in quo beneficii Philippenſes in sua ratione collatas eleemosynas conscribere poterant, quod subdit Apostol. *Non quia quæro datum, sed requiro fructum abundantem in ratione vestra* aut Græc. *In rationem vestram*. q. d. Rectè, ô Philippenſes, rationes inite: nam dum vos invito ad subveniendum egestati meæ, id facio, non ut ego implear, sed ne vos inanes sitis: & hoc est, *Non dico ided, quia quæro datum, (vestrum) sed requiro fructum (dati) abundantem in ratione vestra, non mea* ut cum rationem de vestris actibus Deo reddideritis, abundet vobis fructus justitiæ: Sic Anselm. Is itaque qui eleemosynam confert, conscribere potest in parte una exhibitum ac datum pro Deo, sed in altera e regione acceptum: & in hora mortis saltem rationes subducens, videbit se plusquam dederit, accepisse.*

Noverat hoc ex S. Chryſost. bonus ille Patriarcha, qui Angelo in peregrini specie dicebat: *Domine, si inveni gratiam coram te, ne pertransfeas servum tuum*. Hoc est, ait Chryſost. admirabile beneficium das, non accipis, ne pertransfeas, &c. hospitalitas magis accipit, quam dat. Sic infra, *In manibus, inquit, habeo thesaurum* (hos nimirum hospites) divitias hinc sumam.

Huc facit illud: *Et opera manuum nostrarum dirige super nos*. Ubi Theod. Signanter inquit, *Super nos*: nam justitiæ lumen nostrum est.

Pulchrè Bucherius ad illud charitatis obsequium, quod in Eliam Sareptana impendit, cui tantoperè oleum refusum est. *Facta est, inquit, manus viduæ perenne torcular, & mola jugiter fundens*. Unde Sapiens: *De primitiis omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia redundabunt*.

Hinc pauperes dicuntur fontes: *Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor*. Hebr. *Tibi derelinquuntur fontes tui, pupillo tu es fons adiutor*. Si quis ferret aquam ad fontem: *O quam magis referre, quam adferre potes, diceret fons, si posset*. Sic, sic: *O quam magis referimus, haurimusque ex fontibus pauperum, quam adferamus*. Ided, Fratres, tam siccifumus, quia gratiam ex hisce fontibus, hoc est, per hos fontes non haurimus: ided siccitates patimur, quia ad hos fontes non accurrimus, &c. Ut id fatebatur Job: *Ab infantia crevit mecum miseratio*. Hebr. *Magnificavit me, exaltavit me, enutrivit me miseratio*; quasi multò plura acceperit, quam unquam dederit: *Enutrivit me, magnificavit me, exaltavit me ad hunc statum tantarum divitiarum, ut sim ditior in Oriente*.

Egestatem operata est manus remissa, manus autem fortium divitias parat. Ubi pro- priè ex Hebr. est. *Manus plicata, aut contracta egestatem operata est. Manus autem extensa, & patula divitias parat, aut dirat*. Sic Septuag. *Manus fortium dicens, & Chald. Manus iusti divitias sibi parat*. Chryſost. Avaritia, & cupiditas manus

Ll 3. divitis

Act. 9.
Eleemosynam
faciens potius
recipit, quam
donet.

Prov. 31.

Phil. 4.
Eleemosyna:
arrogatio est
quædam mu-
tua communi-
catio.
Chryſost. ibid.
1 Cor. 9.

Hieron.

Phil. 4.
Græc.

D. Anselm. in
14. ad Phil.

Genes. 18.
Chryſost. ibid.
& hom. 41.

Psal. 89.
Theod. ibid.

4. Reg. 6.
Eucher. sive
Angelus ib.

Psal. 9.
Hebr.
Pauperes dicti
fontes. Cur?

Iob 31.
Hebr.

Prov. 10.
Hebr.
Sept.
Chald.
Chryſost.

divitis alligat, & arctissimis vinculis adstringit, ne ad dandum libera, & expedita sit. Ergo ille, qui hæc vincula dirumpit, fortis est: quod hic notare est, eleemosynam fortium esse, non debiliu, aut tremantium. Sic supra: *imple cornu* (symbolum fortitudinis) *oleo* (symbolo charitatis) & de muliere forti dicitur, quod manum suam aperuerit inopi, & palmas suas extenderit ad pauperem.

i. Reg. 16. Prov. 31.

Rom. 12. Chrysol. ibid.

D. Leo.

Chrysol. Pauperum manus est thesaurus.

In vita S. Ioan. Eleem. §. 38.

Quidam se nesciente, iussit dari eleemosynam: qui tamen eo plus distulset, quo illo plus tribuebat.

Concludamus cum Chrysol. qui ponderat illud Apost. *Necessitatibus Sanctorum communicantes*. Non subvenientes, inquit, sed *communicantes*, ostendens, quod plus accipiant, quam præstent, & quod res ista negotiatio sit. Tu pecuniam das, illi fiduciam tibi erga Deum adferunt. D. Leo serm. 5. de jejuniis, & misericordiae operibus. Constans itaque esto, Christiane, largitor: da, quod accipias: fere, quod metas: sparge, quod colligas. Noli metuere dispendium: noli de dubio suspirare proventu. Substantia tua, cum bene erogatur, augetur. Qui ergo pecunias amat, hoc sanctum fœnus exerceat, & hac usurarum arte ditescat. Nam ut ait Chrysol. ser. de divite, & Lazaro: *Thesaurus cæli est manus pauperis*. Quod suscipit, ne in terra pereat, reponit in cælum. Manus pauperis est gazophylaciū Christi: quia, quicquid pauper accipit, accipit Christus. Da ergo, homo pauperi terram, ut accipias cælum: da numum, ut accipias regnum: da micam, ut accipias totum: da pauperi, ut accipias tibi: quia quicquid pauperi dederis, tu habebis: quod pauperi non dederis, habebit alter.

Sed jam exempla subiiciamus. In Vita S. Joannis Eleemosynarij: Si quando audiebat piencissimus hic Patriarcha, quoniam eleemosynator est talis, adducebat eum in hilaritate seorsum, & dicebat ei: Quomodo factus es eleemosynator, naturaliter, an te ipsum cogens? Unde quidam, qui ab eo interrogabantur, vercundati occultabant, quidam autem dicebant, propter quod unus interrogatus à Sancto, respondit ita: Crede, Domine, quia nihil do, aut facio boni, veruntamen hoc ipsum, quod facio, & præbeo, ex quibus Deus, & orationes tue largiuntur, ita

A facere assuevi. Eram prius valde immisericors, & crudelis, & semel damna pertuli, & in paupertatem deveni. Cœpit cogitatio mea dicere mihi: Verè si esses eleemosynator, non relinqueret te Deus. Statui ergo per singulos dies dare quinque æreos nummos pauperibus, & cum cœpissè dare, statim Satanas prohibebat me, dicens: Verè quinque numi isti sufficiunt domui ad olera, aut ad balneum percipiendum. Et statim, tanquam si de faucibus natorum meorum privarem eos, nihil dabam. Cum ergo vidissem, quod superater à vitio, dico puero meo: Per singulos dies furare, me nesciente, quinque numos, & da eleemosynam. Ille verò benefaciens cœpit furari decem, quandoque & siliquam (minimi ponderis, ac valoris, apud Romanos nomen.) Cum vidisset autem, quia benedicebamur, & divitiis abundaremus cœpit & semisses furari, & dare. Semel itaque admirans benedictionem, dixit ei: Verè multum profuerunt, fili, quinque numi illi: volo ergo, ut des decem. Tunc dicit mihi & puer subridendo: Vade, & ora pro furtis meis, nam verè hodie non haberemus, quem manducassemus panem, sed si est fur justus, ego sum. Tunc ergo dixit, quoniam semisses dabat, & siliquas etiã, & ex fide illius assuevi. Domine, de animo dare. Edificatus ergo sanctus valde, dixit ad eum: Crede mihi, multas conversationes Patrum legi, tale aliquid non audivi.

D. Greg. in Dial. Fuit vir vitæ venerabilis, Bonifacius nomine, qui in ea civitate, quæ Ferentis dicitur, episcopatus officium tenuit, & moribus implevit. Hujus multa miracula is, qui adhuc superest, Gaudentius Presbyter narrabit, qui nutritus in ejus obsequio, tantò valet de illo quæque veracius dicere, quanto eis contigerit & hunc interesse. Hujus Ecclesiæ gravis valde paupertas inerat, quæ bonis mentibus solet esse custodia humilitatis, nihilque aliud ad omne stipendium, nisi unam tantummodò vineam habebat, quæ quodam die ita grandine irruente vastata est, ut in ea paucis in vitibus vix parvi, rarique racemi remansissent, quam cum Dei

D. Greg. l. 1. Dial. c. 9.

Mirè augetur vinum in pauperes erogati.

Dei prædictus vir Reverendissimus Bonifacius Episcopus fuisse ingressus, magnas omnipotenti Deo gratias retulit, quia in ipsa sua adhuc inopia sese angustiari cognovit. Sed cum jam tempus exigeret, ut ipsi quoque racemi, qui remanerant, maturare potuissent, custodem vineæ ex more posuit, eamque solerti vigilantia servari præcepit. Quadam vero die mandavit Constantio Presbytero, nepoti suo, ut cuncta vini vascula in episcopo, omniaque dolia, ita ut ante confueverat, pice superfusa, præpararet. Quod cum nepos illius Presbyteri audisset, valde admiratus est, quod quasi insana præciperet, quod vini vascula præparari faceret, qui vinum minimè haberet, nec tamen præsumpsit inquirere, cur talia juberet, sed jussis obtemperavit, & omnia ex more præparavit. Tunc vir Dei vineam ingressus, racemos collegit, ac calcatorio detulit, omnesque exinde egredi, præcepit, solusque ibi cum uno parvulo puerulo remansit, quem in eodem calcatorio deposuit, & calcari ipsos paucissimos racemos fecit. Cumque ex eisdem racemis parum aliquid deflueret, cepit hoc vir Dei suis manibus in parvo vase suscipere, & per cuncta dolia, omniaque vasa, quæ parata fuerant, pro benedictione dividere; ut ex eodem vino omnia vascula vix infusa viderentur. Cum vero ex liquore vini parum aliquid in vasis omnibus misisset, vocavit protinus Presbyterum, iussitque pauperes adesse. Tunc cepit vinum in calcatorio crescere, ita ut omnia, quæ allata fuerant, pauperum vascula impleteret. Quibus cum se idoneè satisfecisse conspiceret, ex calcatorio iussit puerum discedere, apothecam clausit, atque impresso sigillo proprio munitam reliquit, mox ad Ecclesiam rediit. Die vero tertia prædictum Constantium Presbyterum vocavit, & oratione facta apothecam aperuit, & vasa, in quibus tenuissimum liquorem infuderat, ubertim vinum fundentia invenit, ita ut pavimentum omne exerescentia vina inundarent, si ad hæc Episcopus tardius intrasset.

Sed quid mirum, quod hæc de Episcopatibus eius tempore narramus, quando

A jam apud omnipotentem Deum ordine simul, & moribus creverat, dum illa magis miranda sint, quæ eum senex quidam Clericus adhuc puerulum fecisse restatur. Nam ait, quod de eo tempore, quo cum matre sua puer habitabat, egressus hospitio, nonnunquam sine linea, crebrò etiam sine tunica revertebatur, quia mox ut nudum quempiam reperisset, vestiebat hic se ex polians, ut se ante Dei oculos illius mercede vestiret. Quem mater sua frequenter increpare consueverat, dicens, quod justum non esset, ut ipse inops pauperibus vestimenta largiretur. Quæ die quadam horreum ingressa, penè omne triticum, quod sibi in stipendium totius anni præparavit, invenit à filio suo pauperibus erogatum. Cumque semetipsam alapis, pugnisque tunderet, quod quasi anni subsidia perdidisset, supervenit Bonifacius puer Dei, eamque verbis, quibus valuit, consolari cepit. Quæ cum nihil consolationis admitteret, hanc rogavit, ut ab horreo exire debuisset, in quo ex omnium eorum tritico parum quid inventum est remansisse. Puer autem Dei sese illie protinus in orationem dedit. Qui post paululum egressus ab horreo, matrem redaxit, quod ita tritico plenum inventum est, sicut plenum antè non fuerat, cum mater illius totius anni sumptus se congregasse gaudebat. Quo viso miraculo, compuncta mater jam ipsa cepit hortari, ut daret, qui sic celeriter posset, quæ petiisset, accipere.

Ex Petro Damiano. Quidam Episcopus oppidò sitiens, vinum sibi afferri præcepit. Cumque pincerna totum, quod erat in vasculo, funditus exhauisset in poculum, & Episcopo detulisset, ecce pauper importunis illud sibi flagitabat precibus dari, dicens, quia præ ariditate nimia nisi biberet, quò minus expiraret. E contra minister asserbat, & nihil se in vase residuum reliquisse, & in eoloco vinum aliud reperire nullatenus posse. In his ergo fortis Episcopus angustiis deprehensus, cum & hinc vim sitis sufferre non posset, illinc autem, alio periclitante, se bibere impium

*S. Bonifacius
Ferentinus à
puero in pau-
peres miseri-
cor.*

*Misericos in
pauperes Epi-
scopus pro hau-
su vini, quæ
pauperi dari
præcepit, doli
vino plenum
recepit.*

*Triticum ero-
gatum ange-
tur.*

pium iudicans, avertit se à se, fratrique laboranti in necessitate succurrit. Præcepit ergo pauperi vinum dari. Sed jam quod spes bibendi defecerat omnino, eod sitis Episcopi atrocius sæviebat. Mandavit ministro, ut vinarium vas requireret si fortè aliquam consolationis stillam vel perexiguam reperiret. Qui diutiùs abnegans, nihilque se reservare constanter affirmans, tandem non spe erectus, sed imperio magis oppressus paruit, & vas, quod vacuum reliquerat, vino plenum nimium admiratus invenit.

Misericors in pauperes paterfamilias, unum, quem habebat, nummum pauperi tribuit: & statim viginti solidas recepit.

Pauper quidam paterfamilias unum duntaxat nummum in loculo possidebat, quem ad emendum aliquid, quod cum pane comederet, expendere gestiebat. Cùmque siccus, & aridus, à laucioribus alimentis hoc diu negotium in mente versaret, interim pauper adventit, misericordiam postulavit: ille hærens animo, velut in quodam meditullio erat constitutus. Nam si daret, carni meruebat afflictæ: si retineret, culpam incurere formidabat denegare misericordie. Tandem vicit spiritus carnem, & evangelicam imitatur viduam, sub pauperis specie bono debitori Deo suam fœneratur quantitatem. Redit domum, panis, qui solebat, apponitur, pauper quidem mensâ, sed bonâ spe dives erat conscientia, damnum siquidem carnis compensabat lucro pietatis. Tunc ecce vir quidam ignotus, & quem antea nunquam viderat, festinus, & anxius ligatos linteo in manu ejus viginti denariorum solidos ponit, dicensque, eos sibi à domino suo missos, tanquam, qui ab eo expectaretur, incunctanter abesse sit. Cùmque hic attonitus vellet inquirere, ille disparuit. Annon ergo eleemofyna ars omnium est questuosissima? Annon eleemofynator plus recipit, quam alteri tribuat?

Misericorditer, ac liberaliter tribuendum.

PUNCTUM LXXXV.

Luc. 6.

Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Quantum misericors

A nobiscum est! Quam liberalis! Videte terram nunc, ut plena! Totum id misericordia Dei est. Non sit manus nostra ad recipiendum extensa, & ad dandum collecta. O quot his temporibus manus apertas habent ad recipiendum, sed ad erogandum aliquid, manum plicatam, contractam, aridam habent.

Cum Sancto Sanctus eris. Heb. Cum liberali liberalis eris. Et hinc quandoque hanc liberalitatem non videmus, quia illiberales cum Deo sumus.

Mirum cum mundo sic liberales! pro spectaculis, ut impendimus! in ædificia, ut profundimus! Ut turrim ædificemus, ut celebremus nomen nostrum. O vanitatem, inquit Chrysostr. pecunias tuas in manus inopum dispensa, relictis lapidibus, & splendidis ædificiis, hæc memoria immortalis.

Ut compareat quis in chorea, in ludis, pro suis vanitatibus, ut prodigè effundit! *Detulerunt in aures pro idolo, &c. Theod. & August. mirantur: In aures ex auribus mulierum! Factum tamen illud difficile, ait August. Lippom. Præpostera hic apparet eorum liberalitas, qui in constituendis falsis Deorum cultibus liberalissimi sunt, in instaurando autem, & conservando vero cultu Dei, avarissimi, & tenacissimi existunt. Jussi sunt viri, & mulieres tollere in aures, & tulerunt. Ne contristeretur, inquit August. si quid tale quis facere jubeatur propter vitam æternam.*

Dici nequit, quam strictus homo sit cum Deo, & cum proximo. *Cum messueris regiones terra tus, non tondebis usque ad superficiem terra (aliqui radunt.) ego Domini Deus vester. Interl. pro vobis pauper in mundo. Gloss. ord. Qui divites facio, qui propter miseriam inopum, & gemitum pauperum aliquando exurgam. Merentes, & vindemiantes vult, ut aliquid pauperi derelinquant, ne datorum omnium videantur ingrati. Non tondebis usque ad Alij. superficiem terra. Alia littera habet: Ne exacte angulum agri tuo metendo disseces, ut illi faciunt, qui messoribus adsunt, secate hac, secate illac, &c.*

De industria spicas relinquit, & remanere permittit, ut absque rubore colligat, & colligentem

gentem nemo corripiat. Booz miseratione tactus nobilis mulieris Noëmi ad inopiam redactæ ob avaritiam viri crudelis in pauperes, inquit Lyranus. Ubi duo, vel tria notanda: avarorum pœna, qui pauperimas relinquunt familias: charitas illius, qui non exactè, vel omnem angulum agri sui secari jubebat, sed de industria relinqui, quodd nimirum propriis oculis pauperes videre! Et idèd voluit Dominus piscinam languentium esse prope templum, ut oculos conijcientes in illos, ad misericordiam moverentur: ideoq; jussit Propheta Eliæ, alioqui charitate pleno, ut in Israël se conferret, quo populi illius miseriam propriis oculis prospiceret, dum prope eum torrentem nihil videns sic durus erat. 3. Reg. 17. Et idèd tam parum nos misericordes sumus, quia oculos à pauperibus avertimus. Ne avertas (ò fili) oculos tuos ab ullo paupere, &c.

Simus itaque liberales, nec excusationibus involvamur. Non agas, inquit Dominus, quidquam callidè in ejus necessitatibus sublevarandis. Ubi Oleast. Occurrit Deus humanæ malitiæ, occurrunt enim homini volenti eleemosynam facere mil-
 tentationes.

Contra hos Basl. Tu quidem cum aurum das, ut equum compares, animo non angeris, cum verò corruptibilia exponis, ut Cælorum Regnum accipias, lacrymandum tibi putas?

Tot, quæ nobis bona supersunt, ut damnationi sunt, & laqueo, & ruinæ, sic merito esse possent. In capillis suspensus est Absalom, & in cincinno capitis delatus est Habacuc: hic nimirum in superfluis ad meritum delatus; ille in superfluis ad pœnam suspensus.

Largi itaque cum Deo simus, magisque cum Deo, quàm cum mundo. Si merendæ res Dei sunt, mensura manca non fit, sed sinamus eam potius excedere. Ob-
 servat Lyranus, templi mensuras omnes fuisse vulgatis longiores: sic calamus Sanctuarij cæteris erat longior. Hinc Angelus ille mensurabat Calamo sex cubitorum, & palmo. Nonne satis erant sex
 Speranza Scripturæ selectæ.

A cubiri? Non, quia mensurabantur res Dei, quæ semper cumulacè sunt mensurandæ: in hujus mundi rebus strictè, & parcè agendum, &c. in his verò quæ Dei sunt, hominis manus nequaquam debet esse contracta.

August. Et nos, & omnis populus unius Domini servi (adde, uniusque Patris filij) sumus: & si benè agimus, ad unam hæreditatem pervenimus. Et quare pauper tecum non capiet cibum, qui tecum accepturus est regnum? Quare pauper non accipiet veterem tunicam, qui tecum accepturus est immortalitatis stolam? Quare pauper non meretur panem tuum, qui tecum ad convivium invitatus est Angelorum?

¶ Quàm Deo sit grata misratio, quàmque sit ejus larga re-
 tributio.

PUNCTUM LXXXVI.

Fili, ne avertas oculos tuos ab ullo paupere, Tob. 4. Ita enim fiet, ut nec à te avertatur facies Domini. Quid hic plura, te judice, desiderantur? Eleemosyna tua commemorata sunt in conspectu Dei. Syriacè: De eleemosynis tuis commemoratio fuit, & el mentio facta fuit

Seminate in justitia, & metite in ore misericordie. Quid sibi vult, In ore misericordie? Vult significare, juxta voluntatem misericordie, ad libitum misericordie.

Est Scripturæ phrasis: Os meum non interrogastis; hoc est voluntatem meam non explorastis. Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem, Græcè: Et quæramus ipsius os. Metetis igitur in ore misericordie, id est, abundanter, & quantum ipsa misericordia voluerit. Ita pro certitudine mercedis Seminate, & metite pro meritibus.

Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui recipit justum in nomine justî, mercedem justî accipiet.

M m

Dent. 25. Oleast. ibid.

D. Basl. hom. de divite.

3. Reg. Dan. 4. Maga. in can. Moys. 3. sec. 2.

Templi mensura olim vulgariibus majoribus. Ezach. 40.

Tob. 4.

Act. 10.

Syriac.

Lorin. ibid.

Miseratio per-

quam grata

Deo.

Osea 10.

Isai. 3.

Gen. 24.

Græcè.

Matth. 23.

D. Thom. in
Car. ibid.

Math. 19.

Miserationis
largissimam re-
munerationem.

Gen. 24.

Rebeccam ho-
spitalitas con-
jugem Isaac
fecit.

Theod. in
Gen. 9. 73.

Abster. fibid.

Abj.

Hebr.

cipiet. Chrysolomus relatus à D. Thom. in A
Catena, id est, qualem decet accipere
eum, qui suscipit justum, vel qualem ju-
stus est accepturus, illius nimirum justi-
tiae participem se faciet, & cum eo pari-
ter justitiae praemia recipiet. D. Hieron.
in alio sensu: Qui recipit Prophetam in no-
mine Prophetæ, & justum in nomine justis hoc
est, credens, eum esse vel Prophetam, vel
justum, ceteri reverà non sic, merces non
peribit suscipientis, licet indignus fuerit,
qui susceptus sit. Sed illud pro omni mer-
cede sufficiat: Qui recipit vos, me recipit, &
qui me recipit, recipit eum, qui me misit.
Nihil amplius dici potest.

Et quid mirum, si qui recipit, tam gra-
tus sit, ut vicissim recipi mereamur? Quid
in se habuit virgo illa, ut inter tot puel-
las una seligeretur, quæ Isaac sponsa ef-
set futura? Igitur puella, inquit ille, cui di-
xero: Inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa
respondit: Bibi, quin & camelis tuis dabo
potum, ipsa est, quam preparasti servo tuo
Isaac. Quoddam, quæso, id signi genus?
Signum erat, inquit Theod. non pulehri-
tudo corporis, neque quicquam aliud ex
iis, quæ splendida putantur, sed hospita-
litas, affabilitas, & animi mansuetudo.
Quante verò hæc virginis virtutes? Audi,
& expende: Quis respondit: Bibe, domina mi.
Celeriterque deposuit hydriam super ulnam
suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset,
adjevit: Quin & camelis tuis hauriam aquam,
donec cuncti bibant. Ubi Tostatus: Magna
benignitas in hoc signatur, quia licet mo-
raretur puella, dixit tamen, se velle expe-
ctare, quousque omnes cameli bibissent.
Effundensque hydriam. Addunt alij: Effun-
densque festina hydriam in canalibus recurrit
ad puteum, ut hauriet aquam, & hauriam o-
mnibus camelis dedit. Ille autem contempla-
batur eam. Hebr. Vir autem obstupebat in ea.
Postquam autem biberunt cameli, protulit vir
inaures aureas, appendentes siclos duos, & ar-
millas totidem pondos siclorum decem, dixitque
ad eam: Cujus es filia? In dicit ei: In domo
patris tui locus ad manendum? Que respon-
dit: Filia sum Bathueli filij Melcha, quem pe-
perit ipsi Nachor. Et adavit dicens: Palea-
rum quoque, & saxi plurimum est apud nos,
& locus spatiosus ad manendum. Ubi idem

Abul. expendit virginis humanitatem.
Licet, inquit, solum fuisset quaesita de lo-
co ad manendum pro camelis, respondit
etiam de cibo eorum, & ex ingenti ani-
mo ait: Est locus spatiosus, non ad ingredi-
endum: ac statim egrediendum, sed ad
manendum. Ipsa ipsa est, quam preparavit Do-
minus filio Domini mei. Hæcque digna fuit,
quæ in domum Abraham recipere.

Chrysol. ad illa verba: Facite vobis sac-
culos, qui non veterascunt. Videtis, inquit, Luc. 12.
quia Pater iste ditare vult filios, non nu- Chrysol.
dare. Facite vobis sacculos, qui non vetera-
scunt. Non modo, immò cælesti modo, serm. 25.
qui hunc audit, vendendo comparat, re-
condit erogando, dum amittit, acquirit.

Quam cupit pecuniam perdurare, per-
petuare sacculos divitiarum, condita
permanere, qui dicit: Facite vobis sacculos,
qui non veterascunt! Ecce docet avaritiam, Avaritiam
qui cooperat laudare contemptam: Facite Christum do-
vobis sacculos, qui non veterascunt. Et qui cuit, verum
thesaurizantes temporaliter arguebat, sacram.
ad totum cupiditatis fomitem, jubet sac-
culos sine fine perquiri. Christe, quod re-
pentrahic amor tuorum, ut avarum lucrifacias,
facis eum, quod desiderat, non quod oportet, audire: sacculos imperas,
æternos thesauros, qui non deficiant, vis parari,
ut avarus, dum consueta percurret ad lucra,
aut virtutem capiat, aut à virtute capiatur. Facit vobis sacculos, &c. Sacculus
cur paratur? Domine, tu vidisti, quia Divitibus pa-
in thesauris tota fides, tota spes in sacculis
lis sit avari, & idè impuribiles in celo cur præcipit
sacculos vis parari: ut qui te non sequitur
Christus.
ad cælum, sequatur saltem sacculos suos.
Avare, fac tibi sacculos, & fac, jubente
Deo, quia votis tuis annuit divina Maje-
stas: sed fac tibi sacculos erogando, quia
quicquid pauper acceperit, Pater cælestis
suscipit. Et ubi recondit? In celo. Et ne
forte perdidisse te doleas vel usuram, cen-
tu plura in cælesti fœnore recipies, quid-
quid in celo paupere transmissis perfe-
rente. Usura mundi centum ad unum,
Deus unum accipit ad centum, & tamen
homines cum Deo nolunt habere con-
tractum. Sunt forsitan de cautione solli-
citi? Crede, homo Deo, quod tibi Deus
dedit, majora reddere vult, cum vult de-
bere largitor. Sed

Sed jam de more exempla subijciamus, quibus pateat, quam Deo sit grata miseratio, quamque sit ejus larga retributio. Petrus Damianus in epist. Abbas quidam, ut mihi relatum est, suavis edulij concupiscentia ductus, lampredam sibi præcepit acquiri. Cumque ministri dicerent, hoc genus eo loco difficile posse inveniri, extitit, qui diceret, anam tantum in venalibus lampredam se vidisse propositam, nullo pacto minus, quam viginti numerorum Papiensium coemendam. Jussit Abbas numerari pecuniam. Coquorum autem diligentia lautè decoctus Abbatem piscis apponitur: sed antequam tangeretur, ecce pauper ad januam hoc potissimum sibi dari, quod Abbati esset appositum, auxiè postulabat. Mox, ut erat, integrum piscem (nihil hæsitans) vir Domini mittit ad pauperem. Illic pauper, qui videbatur, cum ipsa paropside plena pisce in sublime se extulit, & librata manu velut venium portans, cælum cunctis videntibus penetravit. Unde liquiddò approbatur, quia quod indigentibus datur, Deo transmittitur, & quod in sinu pauperum occultamus, in cælo reponimus.

Arnulphus Episcopus Metensis, juventutis suæ tempore ex matrimonio tres filios procreavit, cumque esset misericors, & ad pietatis opera semper intentus, præfatis filiis suis cœpit suadere, ut ei assensum præberent, quatenus omnes facultates suas ad usus pauperum disperteret. Negantibus autem, & renuentibus aliis, uno ex eis (Anchisus nomine) fidens de Christi pietate, sibi plura condonari, ad omnia, quæ pater vellet, se libenter obedire promisit. Agit igitur gratias filio pater, benedicit eum, cunctamque progeniem in posterum nascituram, & prædicat ei plura, quam reliquerat, se habiturum, factumque est ita. Nam plures Anchiso, quam reliquerat divitiæ accesserunt, & de ejus progenie multi Reges originem duxerunt: Anchisus enim genuit Pipinum, & Pipinus Carolum Martellum: hic Pipinum juniorem, ex quo Carolus Magnus, & ex hoc cæteri Francorum Reges.

A Beatus Gregorius, qui sanctæ Dei Ecclesiæ Romanæ Pontifex fuit, antequam fieret Patriarcha, Monachus erat in Monasterio sancti Andreae Apostoli, ad Clivum Scauri, prope templum Sanctorum Martyrum Joannis, & Pauli. Atque illi quidem Monasterio ipse præerat. Matrem verò habuit Beatam Sylviam, quæ tunc juxta portam Sancti Apostoli Pauli locum patrum, qui Cella nova dicitur, incolebat. Accidit, ut cum in cellula ipse sua sederet, & scriberet, accesserit ad eum mendicus voce supplicis: Miserere mei, inquit, serve Dei altissimi, qui cum essem navis gubernator, naufragium feci, & aliena, meaque perdidit. At ille, uti benignus in pauperes, ac verè Christi servus, vocato Procuratore: Da, inquit, Frater, huic sex numos aureos. Frater autem id, quod servus Dei Gregor. mandaverat, fecit, mendicoque pecuniam dedit. Eodem rursus die pauper idem ad Beatum Gregorium venit. Et miserere mei, inquit, serve Dei altissimi, qui cum multa amiserim, parum à te recepi. Beatus autem Gregorius ministrum suum iterum vocavit, dixitque ut sex iterum numos eidem pauperi numeraret, Ac Frater quidem paruit, sed pauper, cum acceptis duodecim nummis, discessisset, ad Beatum Gregorium paulò post rediit eodem die: Miserere, inquit, mei, serve Dei altissimi, & aliquid rursum elargite, quoniam magnam jacturam feci. Procuratore tertium accessit: Da, Frater, inquit, huic pauperi sex alios numos. At ille respondens: Crede mihi Pater, inquit, ne unus quidem in arca relictus est numus. Cui Beatus Gregorius: Nonne aliud quicquam habes in promptuario, ut vas aliquod, aut vestimentum, quod pauperi largiaris? Nullum, respondit ille, vas habemus, præter argenteum illud, quod magna domina, de more leguminibus plenum misit. Abi, inquit servus Dei Gregorius, atque illud pauperi præbe. Frater autem fecit, quod sibi à Beato Gregorio mandatum fuerat. Pauper igitur, acceptis duodecim numis, & vase argenteo discessit.

Ioan. Diascon. Vita S. Greg. l. i.

Pauper ter elemosynam flagitans, ter jubente Gregorio, recepit.

Vas argenteum jussu dari Greg. cœm. nihil haberes præterea.

M m 2 Cùm

Petr. Dam. epist. 2.

Concupita lampreda pauperi donata cælum versus sublata est.

Sever. in Prot. mort. Annot.

Ex Arnulphi progenie ob pietatem in pauperes oriuntur Reges.

Cum autem in sanctissima, & maxima Dei Ecclesia veteris Romae creatus esset Patriarcha, & quemadmodum Patriarcharum est consuetudo, quodam die Thesaurario mandasset, ut duodecim pauperes ad mensam suam convocaret, qui secum pranderent, paruit ille, ac pauperes convocavit: verum cum discubissent cum Patriarcha, deprehensi sunt esse tredecim, quamobrem accessit Thesaurario: Nonne, inquit, mandavi tibi, ut duodecim vocares? Cur igitur tredecim vocasti prater sententiam meam? His ille auditis perterritus: Crede, inquit, mihi, venerande Domine, duodecim sunt, nec alius quisquam, prater Patriarcham, tredecim vidit. Inter prandendum igitur Patriarcha tertiumdecimum illum spectabat, qui summo scamno confidebat. Ecce facies eius varias formas sumebat. Modò enim senex, modò adolescens illi videbatur. Itaque cum è mensa consurrexisset Beatus Gregorius, reliquis omnibus dimissis, tertiumdecimum illum, qui tam admirandus ipsi visus fuerat, manu apprehensum in cubiculum duxit, & allocutus est ad hunc modum: Adjuro te per magnam omnipotentis Dei virtutem, ut aperiatis mihi, quis sis, & quo nomine appelleris. Et ille: Cur, inquit, nomen meum quæris, quod est admirabile? Ego sum pauper ille, qui ad te veni in mansione Sancti Andrea Apostoli ad Clivum Scauri, cum tu in cellula tua sederes, ac scriberes, cui duodenos dedisti numos, & vas, quod tibi beata mater tua Sylvia cum leguminibus miserat. Itaque cum perspicuum fuerit, te in cordis simplicitate, & patientia constantem permanisse, ex quo die mihi hæc tribuisti, constituit Dominus, ut Ecclesie sanctæ suæ, pro qua proprium etiam Sanguinem effudit, Pontifex fieres, & Petri Principis Apostolorum successor esses, ut posses omnibus, quod cuique opus foret, subministrare. Unde, Beatus inquit Gregorius, nosti tunc, Dominum, ut ego Pontifex fierem, decrevisse? Quia, respondit,

Inter pauperes, quos ad mensam vocabat, Angelam suscepit.

Cum eleemosynas faceret Greg. à Deo Pontifex est constitutus.

sum Dei Angelus omnipotentis, idcirco id novi. Et tunc Dominus misit me, ut animi tui propositum explorarem, & utrum humanitate ductus, an ostentatione taceres eleemosynam. Quo Beatus Gregorius audito, timuit, neque enim antea cum Angelum esse cognoverat, & idè cum illo tanquam cum homine egerat, & locutus fuerat. Dixit autem Angelus ad Beatum Gregorium: Ne timeas: misit enim me Deus, ut tecum verber in hac vita.

Quod ille cum audisset, humi prostratus in faciem suam, adoravit Dominum: Si propter exiguam hanc, inquit, ad promerendum animi propensionem tantum benignitatis cumulum clementissimus Dominus declaravit, ut Angelum suum mitteret, qui mei in perpetuum custos esset, quamnam eorum futura est gloriae magnitudo, qui mandatis ejus obtemperabunt, & justitiam colent? Verax enim est ille, qui dicit, iudicio misericordiam præstare, & Deo foenerari eum, qui pauperis miseretur. Quin etiam ipse Dominus Angelorum, qui salutis hominum autor est, eos, qui à dextris erunt collocati, sic alloquitur: Venite, benedicti Patris mei, paratam vobis à mundi constitutione suscipite regni hereditatem. Esurivi enim, & dedistis mihi manducare: sitivi, & dedistis mihi bibere: hospes eram, & colligistis me: ager, & visitastis me nudus, & operuistis me: in carcere, & venistis ad me. Quatenus enim fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Quam quidem beatam vocem utinam audiamus nos omnes, qui hæc vel legimus, vel audimus: & conlequamur ea bona sempiterna, quæ paravit Deus his, à quibus diligitur, per gratiam, atque humanitatem Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Digressio